REficientia magnitudinem imminutam, numerumque deficientem, ſunt alimẽta probi ſucci, à quorum trãſmutatione pendet regeneratio deficientis ſubſtantiæ. Hæc autem non pertinent ad medicamentorum claſſem.

Extenuantia Pinguedinem.

EXtenuantia nimiam pinguedinẽ præter tenuem, & attenuantem victum ſunt omnia medicamenta calida, & ſicca in gradu tertio, partiumque tenuium,

de quibus inter attenuantia humores crassos fusè agetur, sed præcipua sunt.

Aromata omnia.
Anisum.
Ammi.
Acetum scyllit.
Aqua ex aromat. destillat.
Carui sem.
Capparis correx.
Diuretica omnia calida.
Fraxini semen.
Sem. baccarum sambuci.
Sudorifica omnia.
Sal viperinus.
Trochisci scyl.
Oxymel scyl.
Mithridatica confectio.
Theriaca vetus.
Confectio anacardina.

Absumentia.

Quæ carneas exerescentias vel etiam substantiam sani corporis absumũt vel putrefaciunt, vel adurunt. Putrefacientium duplex est genus, quædam

sunt

sunt debilia, quæ media puris generatione excrescentiã tollũt, quæ sunt suppurantia calida, & humida, quorum ope flaccidiorem aliquando carnem remouemus, & in pus vertimus, de quibus infrà. Quædã partem tabefaciunt tum alimenti partis, tum calidi innati consumptione, quæ calida sunt princip. quarti grad. partium tenuium, & sine adstrictione, vnde partem facile penetrant, nec crustam efficiunt.

Græci Septica vocant. At quæ adurendo absumunt sunt quarto gradu calida, partiumq; crassarum, vnde crustam efficiunt, ob quam caustica, & escharotica dicuntur, vsurpanda quidem cùm caro durior, vt verrucarum, ficuum, callorum, aut etiam sana adurenda est ad præbendum subiecto puri exitũ. Porrò septicorum aliqua sunt imbecillia, quæ corporis tantum detrahunt superficiem, nec in profundum partis penetrant, vnde à Latinis exedentia, à Græcis catheretica, quorum vsus est in meliori carne absumẽda. Ea verò non eodem temperamento donata sunt. Alia enim vehementi caliditate,

& siccitate superficiem detrahunt, & corrumpunt, alia siccitate, & abstergendi vi cum partium tenuitate coniuncta idem efficiunt sive calida sint, sive frigida, talia cateretica sint.

Asius lapis.
Asii lapis flos.
Aristolochiæ rotundæ rad. in furno resiccatæ.
Cucumeris agrestis rad.
Cinis purpuræ.
Dactylorum nuclei vsti.
Gallæ vstæ.
Fabæ crassæ prior tunica.
Limacum veprium salitarum liquor
Liquor effluens è latere testudinis vulneratæ.
Portulaca.
Pumex.
Sabina. *
Scordii pulvis.
Spongia in furno siccata.
Verbasci succus.

Cateretica calidissima.

Alumen vstum.

Æs

Æs vstum lotum.
Æris squama lota.
Allium.
Ærugo æris vsta.
Argenti spuma.
Antimonium calcinatum.
Asphodeli alb. rad.
Cerussa vsta, siue minimum ossie.
Elaterium.
Ellebori nigri puluis.
Lapis lazuli.
Præcipitatum dulce.
Plumbum vstum.
Spongia rosc. caninæ silu. rasa.

Composita.

Trochisci { Andronis. Phasionis. Musæ.

Vnguentum { Apostolicum. Damascenum.

Pulvis Mercati l. 2. c. 7. de recto præsidiorum vsu.
Vnguentum Io. Riolani lib. 1. generalis methodi.

Septica.

Auri pigmentum.
Argentum vivum sublimatum.
Argentum vivum præcipitatum.
Arsenicum { Chrystall. / Luteum.
Æs vstum non lotum.
Ærugo æris.
Chalcanthum vstum.
Chalcitis.
Chrisocolla.
Cinnabaris factitia.
Ochra.
Oleum { Antimonii. / Arsenici Falopii.
Spiritus vitrioli.
Vini fæx vsta.
Vnguentum Ægyptiacum.

Caustica.

Adarces.
Aqua { Fortis. / Saponis nigri.
Calx viua.

Cinis { Ficulneus. / Grossorum.
Diphriges.
Fax aceti vsta.
Melanteria.
Misy.
Oleum { Sulph. Vitrioli. / Arg. viui. / Sublimati. / Soricum.
Trochisci de Minio.
Vnguentum Musæ.

Pinguantia.

Pinguantia sunt, iam dictis quodammodo contraria, cum carnem & pinguedinẽ reficiant; quia verò duo concurrunt ad hoc opus, calor, & materia alimẽtalis; impinguantia vel conseruant, roborantq; calorem nativum, vt sunt omnia condimenta aromatica, vel materiam parant. De illis non est mihi nunc sermo, quæ vel alimentum boni succi, vel copiosum suppeditant, vel sanguinem ad membra im-

pellunt, attrahuntq;, aut attractum firmant, quæ omnia perficiuntur euidentibus qualitatibus suis locis descriptis, sed de illis duntaxat loquor, quæ proprietate quadam non adeò manifesta sanguinem reddunt ad impinguandum aptum, quæ paucissima adhuc inuenta, experientia duce, nimirum.

Cannabinum semen.
Nucis indicæ interior medulla.
Sarcocolla in furno resiccata, vt atteri possit.

Glutinantia.

GLutinantia sanguinem vulneratæ parti influentem sua stringente & siccante vi reprimunt, absumunt, ac separata substantiam in vnum cogunt, ideò magis siccant, quàm sarcotica, quæ sordes tantùm absumere debent, non autem sanguinem ad carnis generationem necessarium; at minùs siccant, quàm epulotica quæ non modo sanguinem, sed carnẽ etiam resiccant & veluti in cutem obdurant. Gradus siccitatis, & strictionis glutinanti conuenientis nõ potest determinari, nisi

nisi habita ratione partis læsæ. Nam vulnus in puero, muliere, & carnea substantia mitiori medicamento coalescit. In sene nervo, duro corpore non nisi validis persanatur, ita vt idem glutinatorium ratione senis, sit epuloticũ ratione pueri. Quare non est mirandum, si eadẽ medicamenta in diuersa tabella proponentur, quæ tamen facilè distingues, si mitia à validioribus secernes. Mitia enim conueniunt corpori humidiori, fortiora corpori sicciori, & vulneri cruento. Sciendum est etiã quædam ex glutinantibus sola siccãdi, & adstringendi facultate agere, quædam præterea glutinositatem habere, qua coacta, & ad mutuum adducta firmiùs adhærescunt. Horum aliqua magis ob glutinositatem alia magis ob adstrictionem, & siccitatem agglutinant. Glutinosa præcipuũ habent vsum in venarum ruptionibus & exesionibus. Alia glutinantia sine alio discrimine aliis vulneribus aptantur.

Glutinantia mediocria non glutinosa.

Anagallis.

Althæa

Althæa alba.
Aparine.
Biſtorta.
Britannica.
Corallium.
Cithinus.
Cyperi rad.
Crithmus.
Ebulus.
Fragaria.
Hedera terreſtris.
Lolium.
Narciſſi radix.
Palmulæ immaturæ.
Plantago.
Potamogetum.
Polygonatum.
Poterium.
Perfoliata.
Pimpinella.
Quinquefoliũ.
Roſæ.
Sambucus.
Scabioſa vulgaris.
Serratula.

Tabaci folia.
Tiliæ cortex.
Tormentilla.
Verbascum.
Verbena.

Composita.

Oleum rosmarini chym. stillatum.
Vngu. { de Linthargyro. / Rub. camphoratum.

Valentiora non glutinosa.

Aquilegia.
Aristolochiæ rot. rad.
Ascyrum.
Androsemum.
Auricula { Vrsi. / Muris maior.
Bursa Pastoris.
Cauda equina. ***
Centaurium maius.
Cariophyllata.
Corni folia.
Cortusa.
Cystus.
Cupressi partes omnes.

Da-

Daphnoides.
Dictamnus Creticus.
Eupatorii Avic. flos.
Flos Solis.
Gentianæ majoris rad.
Glans.
Gratiola.
Herba { S. Jacobi. / Siciliana. / Adorea. / Judaica. / S. Barbaræ. / Trinitatis. / Roberti. }
Hypericum.
Hederæ fol. in vino cocta.
Isatis.
Ilicis pilulæ.
Lapis { Morochthes. / Geodes. }
Lunaria racemosa.
Millefol.
Mespili fol.
Ophris.
Ophioglossum. Per-

Persicaria maculata.
Picea.
Pyrus silvestris.
Pyrola.
Rubus.
Salicis fol.
Sanicula mal.
Sideritis quæcumque.
Terra heretria.
Tragoriganum.
Vinum nigrum austerum.
Veronica mas.
Vlmi fol.
Vnifolium.

Composita

Vnguentum { de Minio. / Aureum. }
Ceratum { è Calce. / Citrinum. / de Minio. / de Cerussa. }
Emplastrum diaphænicum Mes.
Oleum { Hyperici. / Hispanicum Aquapend. }

Va.

Valentissima non glutinosa.

Acacia.
Agrestа.
Alchimilla.
Amaranthi purpurei flos.
Asini stercus.
Balaustium.
Bolus Armena.
Bugula.
Consolida maior.
Galla immatura.
Guaiaci Patau. fructus.
Geranium quodcumque.
Hipocystis.
Lapis hæmatites.
Leporini pili combusti.
Oleæ silvestris fol.
Pilosella.
Polygonum.
Potentilla.
Pruni silvestris succus.
Pseudomelanthium Fuchsii. *
Quercus folia.

Sanguis

Sanguis draconis.
Spongia ficca.
Sumach.
Symphitum petræum.
Terra lemnia.
Virga ſanguinaria.

Compoſita.

Vnguentum Comitiſſæ.
Emplaſtrum è pelle arietina.
Ceratum eiuſdem pellis.
Trochiſci viperini.

Quibus adde deſcripta in tabula valdè adſtringentium, & oleũ, quo vſa dicitur Angliæ Regina ad vulnera, cuius hæc deſcriptio.

℞. Fol. ſaluiæ.
Fol. rutæ an. L. ſ.
Fol. abſynt. communis.
Fol. cenetr. lauri an. L. ſſ.

Incidantur virentes herbæ minutim, & in mortario conterantur vnà cum adipis arietini L. ʒ. Facta diligenti mixtione, imponantur ollæ cruſtatæ cum oleo oliuarum antiquiſ-

quissim. L.6. relinquantur in putrefactione per octiduum, post in æneo lebete admoueantur lento igni, & post decem horas ab igne remoueantur, factis prius crebris agitationibus baculo ligneo, tandem facta forti expressione colentur per spissam telam, & conserventur in vase vitreo. Instillatur calid. vulner. & linteum eodem ol. madefactum, superponitur.

Glutinantia glutinosa.

Amylum.
Aloe.
Albumen ouí.
Abiegna lachryma.
Balsamum Occid. *
Balsamina repens.
Casei gluten.
Gummi { Prunorum. { Balsami. *
Genitale tauri.

Lapis

Lapis gagates.
Mastiche.
Myrrha.
Mumia.
Parietaria. *
Pix arida.
Resina quæcumque.
Sarcocolla.
Thus.
Thuris manna.
Tragacantha.
Vermes terreni, triti. *

Composita.

Oleum { Momordicæ. / Myrrhæ. / Lachrymæ. / Abiegnæ. / Terebinthinæ. }

Ceratum { Diapalma. / Barbarum minus. / Barbarum maius. }

Vnguentum tetraphatmacum.

Sarcotica.

Sarcotica sunt ficca in primo gradu, vt magis tenue excrementum vlceratæ

cerata partis absumant, nam quod siccius est absumit etiam sanguinem necessariũ pro carnis regeneratione; sunt praterea moderatè detergentia sine morsu, vt crassus et ã, excrementũ vlceris abstergatur, quæ enim validiùs detergunt, tenellã etiã carnem absumunt excrescentem. Cùm igitur crassum, tenuecq; excrementum in vlcere cauo genita sint impedimento regenerandæ carni, natura ipsa ablatis reliquum opus perficit; vndè Sarcotica id tantùm præstant in replendo cauo vlcere, vt naturæ impedimenta tollant.

Cæterùm cùm dicitur Sarcotica siccare in primo gradu, & mediocriter abstergere, id est intelligendum non simpliciter, sed comparatione partis laborantis: nam quod est moderatè siccum, ad partẽ carnosam, & teneriorem est temperatũ ad duriorem, & siccioremac potiùs habent rationem suppurantis, quàm Sarcotica. Quocirca mediocria sarcotica conueniunt corporibus humidioribus valentia verò siccioribus, quæ sanè respectu corporum

porum mediocrium, epuloticam vim acquirerent.

Sarcotica mediocria.

Aloe Succotrina.
Aquæ thermal. salsæ, & nitrosæ.
Betonica.
Cortex thuris.
Fabarum cortex, & farina.
Farina { Filicis / Orobi. / Hordei.
Gentinæa radix.
Hedisarum.
Iris.
Mastiche.
Mel coctum.
Personata.
Pimpinellæ succus.
Resina.
Scordium.
Tabacum.
Thus.
Thuris manna.
Vincetoxicum.

Sarcotica

Sarcotica valentiora.

Aristolochia.
Artemisia.
Centaurium minus.
Chamelæa.
Flos Solis.

Fuligo { Camini. / Picis. / Thuris.

Lapis Arabicus.
Lupinus.
Marrubium.
Mel crudum.
Myrrha.
Numularia.
Opopanax.
Panacis rad.
Peucedani rad.
Pix arida.
Terra Melitens.
Tutia.
Viscum.

Composita.

Vnguentum { de Tutia. / de Ceruſſa. / Ceraſeos { Aureum / Baſilicũ. } } Meſ.

Oleum { Myrrhę / Thuris / Mannæ. } Stillat.

Viſcus conſolidæ, cynogloſſi.

Sarcotica Valentiſſima.

Altionium lotum.
Ærugo vſta lota,
Calx lota.
Gladioli rad.
Mercurius præcipitatus dulcis.
Squama æris lota.
Sarcocolla.
Teſtæ buccinatum crematæ.

Composita.

Vueuentum { Apoſtolicum. / Iſidis. }

Ceratum

Ceratum { Barbarum. / Sacrum.

Pastilli { Pollydæ. / Andronis.

Medicamenta causſam morbificam adimentia.

SEquuntur materiæ remedij præsertatorii morbi causſam respicientis, ea verò duplex est, per se, per accidens. Per accidens sunt symptomata, quæ ob magnitudinem induunt rationem causſæ morbū augentis, & vires prosternentis, scilicet, immodicus dolor excedens, qualibet evacuatio, pervigilium, animi deliquium. Nunc de causſis per se sermo erit. Sunt autem causſæ per se humores, & quæ ex ipsis fiunt à naturæ lege aliena, quæ omnia peccant vel quantitate, vel qualitate, vel substantia, vel motu.

Quantitas

Quantitas minuitur vacuatione vel sensibili, vel insensibili. Sensibilis vacuatio sanguinis fit phlebotomia, vel alio chirurgico remedio; aliæ materiæ humorosæ, & ichorosæ vacuantur per alvum lenientibus, & purgantibus, quibus præmittitur protherapia, per os vomitoriis, per urinam diureticis, per cutem sudorificis, & diaphoreticis, per sputum expectorantibus, per nares errhinis, per palatum apophlegmatismis, gargarismis caput degravantibus: insensibiliter vacuant digerentia, attrahentia à centro ad circumferentiam, de quibus ordine est dicendum.

Lenientia.

QUæ alvum leniunt, licèt dividantur in ea, quæ per os sumuntur, & in ea, quæ immittuntur per sedem, clysteres scil. & suppositoria, quia tamen hæc posteriora non attinent ad simplic. medicamentorum materias, sed potius ad locum, & modum adhibendi medicamenta, ejusque compositionem, hîc proponenda sunt

da sunt duntaxat lenientia per os assumpta, quæ alvum movent, vel vomitum cient. Alvum moventia non sunt ejusdem facultatis, quædam enim humectando, quædam abstergendo, quædam expultricem roborando, alia eandem irritando, quædam lubricando alvum laxant; aliqua demum levem habent vim tractoriam, à vicinis mesenterii venis ad differentiam verè purgantium, quorum tractio ad longiores partes pertinet. Rursus lenientium quædam sunt alimentalia quædam medicata magis; alimentalibus utimur prima mensa ad alvum lubricandam, medicamentosis pro ventriculi, & intestinorum expurgatione, & si leviter quoque trahant, pro purgatione proprioris partis mesenterii.

Lenientia alimentalia.

Asparagus petræus olerum more coctus.

Atriplex sativa cocta ad m. duos.

Beta candida cocta, & comesta.

Brassica sat. leviter dec.

Buty-

Butyrum recens ad unc. 1. ſſ.
Caſeus recens non ſalitus ad unc. 1. maximè cum melle in prima menſa.
Cicer comeſum cum ſuo jure.
Calendula olerum more cocta.
Capparis ſalitus ſumptus ex oleo, vel oxymel.
Ceraſa dulcia.
Cucurbitæ ſat. ſuccus cum ſale, & melle ſumptus ad unc. 3. vel vinum in cava cucurbita ſub dio per noctem infuſum, & bibitum.
Ficus recens à quinque ad decem.
Ficus paſſa ad 12. ab 8.
Eadem macerata in lacte, vel vino dulci ad unc. 6.
Ficus paſſa extracto roſ. pal. præparata à drach. 3. ad quinque.
Galli veter. ius à L. 1. ſſ. ad L. 2. ff.
Ieracii ſucci unc. ſſ. ad unc. 1.
Inglandes recentes menſæ cum ſale.
Lapathi fol. oler. more cocta.
Lampſana eodem modo parata.

Lactuca cocta cum passulis.
Lupuli turiones elixi.
Lentis dec. primum ius.
Malua, & eius caules elixati.
Mala { Sativ. dulcia decoct. & saccharo aspersa.
Præcocia eodem modo præparata.
Mala persica cruda, & dec.
Mel crudum.
Mercurialis olerum more decocta.
Mulsa plenior.
Oleum { Maturum largum in ferculis.
Solum ab unc. 3. ad unc. 5.
Amygdal. dulc. ab unc. 4. ad unc. 6.
Nucis indicæ ab unc. 3. ad unc. 4. ſſ.
Panis { Similagineus.
Hordeaceus.
Saccharatus.
Piscium salit. ius.
Ptisana dilutior.

Pruna

Pruna dulc. decoct. ex vino dulci, aut jure pingui, & sacchar. aspersa maximè rubro, à sex usq; ad 10.
Eadem. infusa, aut decoct. in infusione sol. ros. aut viol. à 4. ad sex.
Siliquæ dulces in decoct. à L. ss. ad L. unam.
Spinacia oler. more decoct.
Sebesten comesa à 20. ad 30. earum pulpa à drach. 6. ad drach. 12.
Vinum dulce.
Vrtica oler. more decoct.
Vua passa exemptis acinis vel cruda, vel decoct. aspersa sacchàro.
Jus marinorum piscium sale, & oleo conditum, præsertim marini scorpionis.
Ovum recens adjecto albumine, & injecto sacchàro.

Medicamenta minùs usitata, quorum decoct. possunt usitatiora dilui, vacuant autem max. biliosa, & tenuia.

Ablynth. vulg. in decoct. ad m. 1. ff.
Asari sem. in S. ad drach. 2.
Androsemi sem. in S. ad drach. 2.
Bellis quæcumque recens in acetariis esa.
Cerasi flores in acetariis.
Cynogloſſa in decoct. cum vino ad drachm. 5.
Heliothropium decoct. ad m. 1.
Lactis caprini serum depuratum solum à L. 4. ad L. 10.
Lychnidis sem. in S. ad drach. 2.
Papaveris erratici sem. in S. ad drac. 6. ex mulsa.
Parthenium in pulvere potum ad drach. 1. ad drac. 3. decoct. à drac. 3. ad unciam 1.
Persici flor: vel in acetariis esi, vel infusi ad P. tres.
Psyllii semin. muccago à drach. 1. ad drac. 3.

Composita.

Syr. è flor. persicorum ab unc. 3. ad unc. 5.

Syr.

Syr. { Ex novem infusion. absyn. Ludovici Bertoldi ab unciis 3. ad unc. 5. ff.

Crassiora.

Aquæ salitæ thermales, veluti Teauccinæ, & Caferonianæ solæ à L. 3. ad L. 6.

Ammoniacum ex vino diss. à scrup. 2. ad drachm. 1.

Chamæpythis in pulver. à drach. 1. ad drac. 3. in decoct. à. drach. 3. ad unc, 1.

Fœnugræci elixi succus ab unc. 3. ad unc. v.

Fumaria in pulv. ad drach. 2, ex melicrato in decoct. ad unc. 15.

Gingiber in pulv. ad scrup. 1.

Hyssopus in S. à drach. 3. ad 7. cum oxymel. in decoct. à drach. 6. ad decem.

Peucedani rad. in S. ad drac. 2. in decoct. à drac. 4. ad 6.

Piper integrum à gr. 3. ad 5.

Polium in S. à scrup. 2. ad 4.

Resina terebinthina, & laticina non lota, Pueris à scrup. 2. ad drachm. 1. ſſ. Adultis ad drachm. 3. ad v.

Styrax in B. vel Pil. ad drach. 1.

Scillæ { Sem. in S. à scrup. 2. ad drach. 3. / Assatæ pulv. eod. mod.

Sphondilii sem. in S. à drach. 1. ad drach. 2. ſſ.

Sal { Commune in clyster. à drac. 1. ad drac. 2. / Gemmæ in suppos. à gr. 5. ad scrup. 1.

Tragoriganum in decoct. ad m. 1. ſſ.

Tartari { Pulvis lotus à drach ſſ. ad dr. 2. ex jure galli. / Cremor à dr. 1. ad dr. 3. ex vino, aut aqua stillatitia.

Oxymel scyllit.

Syr. è mercuriali sol. ab unc. 3 ad 5.

Vsitata in officinis.

His aliqua ineſt vis tractoria, aſt admodum imbecillis, & quia nullum

eſt,

est; quod unicum humorem sincerum ducat, sufficiat indicare, cui nam præcipuè vacuando humori unumquodque conveniat.

Conveniunt ergo Pituitæ crassæ.

Aloe Succotrina lota in S. à scrup. 1. ad drach. 2.

Myrobalani { Chebuli in S. à dr. 2. unc. ss. in M. à dr. 4. ad drach. 10. / Emblici, & Bellirici in S. à scrupul. 1. ad drac. 3. In M. à dr. 3. ad drac. 6.

Iidem conditi à drachm. 4. ad unc. 1.

Composita.

Mel ros. sol. ab unc. 3. ad unc. 6.

Hiera simplex in Bolo ab unc. ss. ad drachm. 10.

In clyster. ab unc. 1. ad unc. 2.

Species hieræ. { Simpl. solæ à dr. 3. ad 6.

Species hieræ { Mixtæ cum aliis à drachm. 1. ſſ. ad drach. 6 in Supp. à ſcrup. 1. ad dr. 1.

Pillulæ { de Aloe à ſcrup. 1. ad. dr. 2. / de Hiera ſimplica drac. 1. ad 2. / Aloephang. à dr. 1. ad 2. / Aſaiaret à dr. 1. ad 2. / Ruffia dr. 1. ad 2. / Communes peſtilentiales eodem modo.

Pituitæ tenui.

Manna in potu ab unc. 2. ad unc. ſ. in bolo à drach. 2. ad unc. ſſ. cor. ſem. citri.

Syr. roſ. ſol. ab unc. 3. ad unc. 6.

Mel. viol. ſol. eodem modo.

Bili fervidiori.

Myrobalani citrin. in S. à dr. 2. ad dr. 5. in M. ab unc. ſſ. ad dr. 12. Corrig. meliſſa, manna, & jurepingui.

Roſa-

Rosarum pallid. succus ad drac. 6. ad unc. 1. ſſ.

Roſæ moſchetæ dictæ fol. eſa num. 20 ad 30.

Tamarindi in S. à drac. 6. ad drach. 10. in M. ab unc. 1. ad unc. 3. corrig. caſſ. aut manna.

Violar. purpureat. ſuccus ab unc. 1. ad uncias tres.

Compoſita.

Syrup. { Viol. ſol. ab unc. 4. ad ūc. 6. è Moſchetis ab unc. 2. ad unc. 4.

Infuſio { Roſar. ſolut. ab unc. 3. ſſ. ad unc. ſex. / Violarum ſol ab unciis quatuor ad uncias ſex.

Decoct. flor. & fruct. cord. ab unc. ſ. ad. 6.

Conſerv. violar. ab unc. 2. ad 3.

Diaſebeſten ſine ſcammonio in decoct. à drach. 6. ad drachm. 10.

Diamanna Meſ. à drac. ſ. ad drac. 12. in bolo.

Dia-

Diaprunum simp. ab unc. 1. ad drac. 16.

Bili crassiori.

Cassiæ pulpa, Pueris à drachm. 2. ad 1 unc. ss.

Adultis ab unc. ss. ad drach. 12. Corrig. sem. citri, & sem. odorat.

Cassia eodem modo condita.

Cassiæ nuclei in Subst. à drachm. 1. ad unc. ss.

Composita.

Syr. ros. sol. ab unc. 3. ad sex.

Cassia communis extracta in bolo ad drachm. 12. In clyster. ad uncias duas.

Diacassia { Magistralis à drach. 5. ad 10. *in bolo.* / Mesues à drachm. 6. ad drach. 12. in bolo, In clyster. ad unc. 2.

Melancholię.

Myrobalani Indi in S. à drach. 2. ad unc.

unc. ſſ. In M. ab unc. ſſ. ad drach. decem.

Electuarium lenit. ab unc ſſ. ad dr. duodecim in bolo. In clyſteribus itidem.

Syrup. de polypodio comp. ab unc. 3. ad 6.

Vomitoria lenientia.

Vomitoria lenientia ventriculum ſubvertunt, vel os ſupernum laxando, vel ſtimulando. Relaxant omnia pinguia tepida, & maximè conveniunt in cauſa bilioſa, ſcilicet.

Aqua { Tepida à lib. 1. ad L. 2. / Hordei à L. 1. ad L. 1. ſſ.

Jus tepidum eodem modo.

Oleum amygdal. dulc. ſine igne expreſſum, ſi ſolum exhibeatur ab unc. 4. ad 6. Aliis mixtum ab unciis 2. ad quatuor.

Si modicè ſit abſtergendum, additur ſyr. acetoſus ab unc. 2. ad unc. 3.

Ad

Ad Pituitam tenuem.

Jus carnis alteratum seminibus citri ad L. 1. cum unc. 2. oxymell.

Betonicæ radicis pulvis à drac. 1. ad 3. cum oxymel.

Lauri fol. decoct. à L. ſſ. ad L. 1.

Narciſſi radix cocta, & cæparum more comeſa.

Peponis radic. pulvis à ſcrupul. 1. ad drach. 1.

Ad pituitam craſſam.

Nitrum à ſcrup. 1. ad drachm. 1. cum melle.

Succus raphani ab unc. 1. ad unc. 3. cum jure, & oxymell.

Oxymel ſcyllit. ab unc. 1. ad unc. 2. cum jure.

Quia ſari radicis pulverem, vel ſemina vomitoriis lenientibus addũt, perperam faciunt, cùm jam dicta ſtrenuè purgent, & trahant.

Venetiis præparant vinum cum antimonio, quod omnium vomito-

vomitoriorum possit esse instar; Venditur apud Jacobum Blanchium Seplasiarium, qui habet pro insigni Venetorum Ducem.

Præparantia.

PRæparantia corpus ad evacuationem, sunt quæ fluidum ipsum reddũt, vias scilicet aperiendo, & humorem fluidum reddendo, cuius ordinis sunt omnia proponenda pro melancholiæ, & pituitæ præparatione. At præparantia humorem ad coctionem, ut ea peracta, quod residuum est inutile, corporique noxium, facilè possit expurgari, habeatque vis medicamenti naturam in eo opere, adjutricem, retundunt quemcumque excessum humoris peccantis, quo naturali calori concoquenti resistit, unde concoquentia, & digerentia medicamenta etiamnum appellantur. Horum materia licèt varia possit peti ex diversis tabulis pro diversitate facultatis peccanti humori oppositæ, ac qualitatis de qua inferiùs agetur:

tur; Præcipua tamen, & magis usitata, determinatisque partibus conveniẽtia hic describentur, ut unicuique ante purgationem sint in promptu.

Præparantia Pituit. in Capite.

Syrup. { de Betonica simplex, & cõpositus.
{ de Stæchade simplex, & cõpositus.

Mel { Anacardinum.
{ *Anthosatum.*

Dantur ab unc. 1. ss. ad tres, cum aqua aut decoct. caput calefacientibus, vel si oculi laborent cum ophtalmicis calidis.

Quibusdam tamen cerebri affectib9 quædam cephalica magis appropriata censentur, quibus diluendi sunt syr.

In Epilepsia.

Flores { Tiliæ.
{ Liliorum convallium.

Hysso-

Hyssopus.
Hypericum.
Pœonia.
Ruta capraria.
Valeriana silvestris.

In nervorum affectione.

Chamedrys.
Chamæpythis.
Grana Juniperi.
Primula Veris.

In Soporosis affectibus.

Ocimum.
Rosmarinus.
Salvia.
Satureia.
Serpillum.
Stæchas.

Præparantia Pituitam in Corde.

Syrup. { de corticibus citri.
de Mentha simp. & cõpos. de:

Syrup. { de Melissa. de Bugloſſo, de Borragine,

Mel { Roſ. ſimpl. Anthoſatum, cum aquis, aut dec. cardiacorũ calidorum in doſi iam propoſita.

In Pectore.

Syrup. { de Liquiritia. de Farfara. de Capillo Ven.

Valentiora.

Syrup. { de Praſſio. de Hyſſopo

Oxymel quodcumque.

Mulſa plena cum decoct. pectorali calid.

In Ventriculo.

Syrup. { de Abſynthio. de Mentha uterque. de Corticibus citri.

Mel

Mel ros. simplex.

Oxymel { Simplex. / Compositum. / Scylliticum.

Hiera simplex à drachm. ß, ad drac. 1. ßß.

Hieræ spec. cum 80. drac. aloes paratæ à drac. 1. ad 2. cum oxymel.

Nota, Syrup. stomachales vel exhiberi per se sine diluto ad unc. 2. ut diutiùs in ventriculo morentur, vel misceri emulsioni sem. citri ab unc. 1. ad unc. 3.

In Hepate.

Syrup. { Acetosus compos. / de Absinthio. / de Agrimonia. / Byzantinus simpl.

Et syrup. pro renibus, & vesica, si jecur obstructione tentetur.

In

In Liene.

Syrup. { de Capillo Ven. / de Scolopendrio. / de Thymo. / de Fumaria. / Byzantinus cum acet.

Oxymel scyllinum cum aqua splenicorum calidorum.

In Renibus, & Vessica.

Syrup. { de Duabus, & quinque radic. / de Althæa Fernelii. / de Raphano.

Cum aqua diureticorum calidorum.

In Vtero.

Syrup. { de Arthemisia. / de Capillo Veneris. / de Calamintha. / de Mercuriali.

Cum aqua historicorum calidorum.

In

In Articulis.

Syrup. { De Jua. / de Primula Veris.
Cum decoct. Arthriticorum.

In toto Corpore.

Syrup. acetosus simplex.
Oxymel quodcumque.
Mel rosatum.
Cum decoct. non propriatorum alicui parti, vel multorum simul varias partes respicientium.

Præparantia Melancoliam.

PRæparant atram bilem omnia proposita pro Pituita; sed peculiariter ista.

Pro Corde.

Syrup. { de pomis comp. / de succo Bugloss. / de Borrag.

Cum

Cum aqu. Bugloſſi.
Boraginis.
Melliſſæ.
Pomorum redolentium.
Nymphææ.
Prunorum dulcium.
Sebeſten.
Liliorum alborum.
Violæ purpureæ.

Pro Hepate, & Liene.

Syrup. de Fumaria ſimplex, & cõp.
de *Lupulis*.
de Ceterach.
de Thymo.
de Epithymo.
Byzantinus cum, & ſine aceto.

Quòd ſi Melancholia præparanda ſit in aliqua alia parte, jam dictis ſyrup. miſceãtur appropriata partiaffectæ. Atra bilis præparatur iiſdẽ ſyrup. & decoctis, adiungendo ſolùm aliqua refrigerantia pro humoris ca-

ris caliditate, qualia sunt bilem præparantia.

Præparantia bilem in Capite.

Syrup. de Succo ros.
Infusionis ros.
de Lactuca.
de Plantagine.
de Nymphæa simplex, & compos.
de Papauere.

Cum aqua aut decoct. caput refrigerantium.

In Pectore.

Syrup. de Succo viol.
Iulus. violar.
de Iuiubis.
Granatorum dulc.
Papaueris Rheas, aut siluestris.

cum decoct. pect. frigefacientium.

In Cor-

In Corde.

Syrup. { Ros. simpl. / de Nymphæa uterque. / Violatus. }

Cum cardiacis refrigerantibus, addito semper aliquo calido tum ad robur calidi innati cordis; tum ad ventriculum.

In Ventriculo.

Syrup. { Cydoniorum. / Myrtinus simplex, & comp. / de Agresta. / de Berberibus. }

Rob { de Ribibus. / de Cornis. / Nucum. / Mororum. }

Vinum { Granatorum. / Cydoniorum. / Omphacium. }

Vel sola, vel cum stomachicis frig.

In

In Iecinore, & aliis partibus.

Syrup. de Portulaca, vel iã dicti pro ventriculo, cum aqua, aut decoct. refrig. & incrassantium.

Quòd si bilis crassior sit, vel ob resolutionem tenuium partium, vt fit in febr. diuturnis, vel ob mixtionem pituitæ, aut melãcholiæ, atq; obstructionis sit suspicio, abstinendum est à iam dictis, nisi aperientibus corrigantur; & eorum loco vtendum est refrigerãtibus quidẽ, sed vnà incidentibus, & abstergentibus sine caliditate, vt.

Pro Corde.

Syrup. } Acetositatis citri.
è Limonibus.
de Succo acetosæ.

Cum aqu. aut decoct. Acetosæ.
Adianthi.
Florum borraginis.

M Buglossi.

Bugloſſi.
Pimpinellæ.
Quinque folij.

Pro Stomacho.

Syrup. { Roſ. recens. / Acetoſus ſimplex.

Oxymel ſimplex.
Oxyſaccharum ſimplex.
Dentur ſine dilutis, vt cùm magis eſt refrigerandum, minùs abſtergendum. dentur duo extremi, cùm magis abſtergendum, duo medij.

Pro Hepate.

Syrup. { de Endiuia ſimplex, & cõpoſit. / de Succo endiuiæ. / de Soncho. / de Cichoreo ſimplex, & cõpoſitus. / de Cichoreo cum rhabarbaro.

Cum aqu. & decoct. exobſtruentiũ frigi-

frigidorum, & temperatorum, & sero lactis destillato, aut depurato.

Purgantia.

Quæ humores à partibus mesenteriū circumpositis trahunt, vel sunt dejectoria, vel vomitoria singula dividi debent in tres classes, vt pro varia necessitate delectus non sit difficilis.

Prima est benignorum, quæ benedicta dicuntur.

Secunda valentium, quæ claritatis gratia strenua liceat nuncupare.

Tertia fortissima, quæ furentia dici consueuerunt.

Horum quædam in officinis habentur, parentur, & vsurpantur; quædam inusitata sint, sed pro re nata tuò vsurpari possunt. Priora asterisco notantur, Posteriora notis carent. Corrigens verò vniuscuiusq; purgantis corrigitur littera C. & quia vix aliquod est purgans, quod vnum

tum educat humorem, quæ bilem à prædominio vacuant inter Cholagoga referam, quod de aliis similiter est intelligendum.

*B*enigna purgantia bilem per aluum.

Dulcamaræ lignum purgat bilem, & pituitam tenuem; datur in decoct. ab vnc. 1. ad vnc. 2. Corr. sem. anis. singulariter confert febrib. diuturnis.

Eupatorium *Mes.purgat. bilem.* & pit. crassam; datur in S. à dr. 1. ad 3. in decoct. ab vnc. ß. ad vnc. 3. Corrig. semin. citri.

Filicis vtriusque radix purgat bilem ichorosam, & serositates; datur in S. a drach. 2. ad vnc. ß. cum oxymel. In M. a dr. 3. ad dr. 6. Corr. spica. Conuenit obstruct. Iecoris, & lienis.

Frangulæ cortex vterque exiccatus purgat bilē, & serositates. Decoquitur a drachm. 2, ad vnc. ß. Datur

ff. Datur in pulu. a ſcrup. 2. ad ſcrup. 4. Corr. ſtomachicis; ſingulariter commendatur in utero, & tertianis ſpuriis. Rhabarbarũ purgat bilem, & pituitam. Pueris datur in S. à ſc. 1. ad ſcrup. 2. Adultis à drachm. 1. ad drachm. 2. formaturque vel in pilulas, vel in rotulas, vel puluis, bibitur ex vino, vel miſcetur alicui conſeruæ. In M. a ſcrupul. 2. ad ſcrupul. 4 pueris, Adultis à drach. 1. ad drach. 4. ff. Soleſ infundi, vino per vnam, aut alteram noctem cuius vini propinantur vnc. 2. circiter, Corrigitur ſpica, ſquinantho, ſantalis, & cinnamomo.

Viola purpurea exiccata purgat flauam bilem præſertim tenuẽ. Datur in puluere à drachm. 1. ad drach. 2. cum ſero lactis, aut iure. Non eget Correct.

Volubilis maior purgat bilem, & aliqualiter pituitã tenuem. Decoquitur a M. 2. ad 3. Infuſ. a M. 3. ad 5. Corr. pipere, aut galanga.

Compoſita.

Syrup. de Cichor. Nicol: datur in potu ab vnc. 4. ad 6. cum aqu. cichor. Nunc dari conſueuit vt præparãs ad vnc. 2.

* Diaprunum compoſ. Nicolai purgat bilem flauam, & aduſtam. Datur in Bolo, aut placentula Pueris a dr. 2. ad drac. 4. Adultis a drach. 6. ad 12.

Triphera Perſica purgat bilem vtrãque, & aliqua ex parte pituit. tenuem. Datur in bolo ab vnc. ſſ. ad vnc. 1. ſingulariter conuenit morbis venenatis.

Pilulæ { de Rheo purgant bilem flauam, & pituitam tenuẽ. Dantur ſolæ a drachma vna ad drachmas duas. Singulariter conueniunt jecoris obſtructioni.

de

de Eupatorio purgant eosdem humores in eadem dosi.

Pilulæ { De tribus purgant bilem & pituitam crassam. Dãtur a drachm vna ad drachmas 2. Singulariter conveniunt febribus diuturnis, & jecoris obstructioni

Strenua Cholagoga.

Aristolochiæ Clematitis radix, & sẽ. purgant bilem, & pituitam in Substant. à drach. vna ad scrup. 5. In decoct. a drac. 2. ad drachm. 5. Corrig. spica, & absynthio.

Auellanæ indicæ Menardi purgant bilem, & pituitam tenuem. Dantur assæ à scrupul. 1. ad drac. 1 C. spica Clematitis vrentis semen purgat bilem, & pituitam crassam. Datur in pilulis à drac. ss. ad drachm. 1. C. tragacantha, & mastiche.

Gratiola purgat bilem, & pituitã tenuem. In S. a scrupul. 2. ad scrup. 4. In decoct. àdrac. 1. ad drach. 3.

C. stomachicis. Singularem habet vsum in febribus diuturnis: miscetur acribus clyster. a drachm. 2. ad vnc. ſſ.

Centaurium minus purgat bilem flauam, & pit. vtramque. In S. a drach. ſſ. ad drach. 1. In decoct a drach. 1. ad drach. 2. C. coriandri ſem. conuenit febribus diuturnis Miſcetur acribus clyſter. a drach. duabus ad vnc. ſſ.

Peplium purgat bilem, & melancholiam. Datur puluis ex mulſa ſcr. 2. ad ſcr. 4. C. ſem. citri.

Peplus purgat bilem. & pit. Comeditur in aceratis a drach. 1. ad drac. 2. Datur a M. 1. ad M. 1. ſſ. in ſero lactis. C. cardiacis frig.

Compoſita.

Diaſebeſten cum ſcammonio purgat bilem flauam, & aduſtam. Datur in bolo a drach. 6. ad drachmas decem.

Diaprunum ſolut. purgat eoſdem humores

humores Dosis a drac.2. ad drac. mas quatuor.

Diacydonium scammoniatum purgat eosdem humores. Datur ab vnc.ſſ. ad drach.6.

* Electuarium Eleoscoph purgat bilem, & pituitam tenuem, & aliqua liter melancholiam. Datur in bolo a drach.3 ad drachm. 6. Singulare habet vsum in affectibus renum & vesicæ. *.

* Species Electuar. Eleſcoph. dātur in rotulis. vel ex vino, vel ex iure; Adultis à drach.1. ad 2. Pueris a ſcr.1.ad 2.

* Electuar. de Psyllio Mes. purgat bilem. & melancholiam. Datur in Bolo à dr. 1. ſſ. ad drachm.3. de Psyllio Montagnanæ idem præstat. Datur à dr. duabus ad drach.ſ.

*Pillulæ aureæ purgant bilem, & pituitam. Dantur à ſcrup. 2. ad drach.

1. præcipuè vsurpantur inchoante ophthalmia.

* Pilulæ. { Arabicę purgant bilem & serositates. Dantur à drachma 1. ad drachmas 2. } { *Sine quibus* purgant bilé, & pit. a dr. ss. ad dr. 1.

Hic aduertas, propositas doses esse maximas, & minimas, si purgãtia sola exhibeantur. Si infra minimã dosin aliis misceantur, habebunt tantùm vim stimuli, non basis. At si pro basi medicamenti aliis misceantur, nunquã sumi debebũt in maxima dosi, sed in mediocri.

Cholagoga Furentia.

Periplocæ repentis succus condensatus purgat bilem, & serositates. Datur a scrup. ss. ad scrup. 1. cum, diacyndonio, vel pil. aloe phangi-nis, vel emuls. sem. citri.

Scamoniũ purgat bilé, & pituitã tenuem. C. & incoquitur malo cydonio, diciturq; diagrydiũ. Datur in S. a gr. 5. ad

a gr. 5. ad gr. 15. & si purũ sit ad scr. 1. miscetur Pilulis aromaticis, vel ptisana, vel sero caprino; additur suppos. acribus agr. 3. ad scrup. ss.

Composita.

Electuar. de succo rosar. purgat bilem, & pituitam tenuem. Datur in bolo a drach. 2. ad dracm. 4. vel potione additur mitioribus purgantibus gratia stimuli a drac. 1. ad drac. 1. ss. Ros. Mes. purgant. eosdem humores. Datur a drac 3. ad 7.

Pilulæ fumatiæ Mes. purgant bilem atram, & adustam. Dantur a drac. ss. ad scrup. 4. C. pil. aromaticis, vt potè alephanginis. Aptãtur morbis cutaneis, scil. scabiei, impetigini, & lepræ.

Trochisci de violis cum scammonio purgant bilem & pituitam crassam

crassam Dantur in pilul. rotulis, potu a drach. ß. ad drac. 1.

Phlegmagoga benigna.

Agaricus pituitam, & vtramque bilem purgat. Datur in S. à scrup. 2. ad drach. 2. Inf. a scrup. 4. ad vnc. ß vino generoso, cui infusum sit zyngyber, diciturque Agaric. troch.

Fit oxymel purgatiuũ in morbis pectoralibus vtilissimum, macerando agaricum in aceto pro oxymel. præparatione necessario.

Asarina Matthioli purgat pituitam crassam, & melancholiam. Datur in S. a drach. 1. ad drac. 2. cum oxymel. Infunditur a drach. 1. ad drach. 3. C. spica.

Bdellium purgat pituitam crassam. Datur ex mulsa tritum a scrup. 4. ad drach. 2.

Carthami & flores purgant pituitam, crassam, & tenuem. Dantur in S. à drachm. 1. ad scrupul. ß. C. mastiche.

Car-

Carthani Orientalis seminis pulpa purgat eosdem humores in S.a dr. 2. ad drach. 5. C. sem. citri, vel vino Aromatico. Additur dec. pro acti clystere.

Magnes purgat pituitam crassam, tenuemque, & aliqualiter melancholiam. Datur pulvis a scrupul. 2. ad scrup. 4. cum mulsa. Sunt qui pro secreto porrigunt scrup. 1. cú. succo fœniculi.

Mechoachanna purgat pituitã, & serositates. Pueris datur in S.a scr. 1. ad scrup. 2. Adultis à drach. 1. ad drach. 2. Infunditur à drach. 1. ad drachm. 3. C. semin. odor. vt fœniculo.

Rhabarbarum Monachorũ purgat pituitam, & æque bilem. Datur in S.a drach. 1. ad drachm. 2. Infunditur a drach. 1. ss ad vnc. ss. C. zingibere.

Gialappa eosdem purgat humores, & eodem modo datur, vt mechoachan.

Spinæ

Spinæ infectoriæ baccarum succus purgat pituitam, serositates, & bilem. Datur à drach. 3. ad drach. 6. Corrigit. cinnam. Laudatur in Hydrope, & Arthritide.

Ulmi cortex purgat pituitam, & serositates. Datur pulvis à dr. 1. ss. ad drach. 3. Corrigit. vino aromatico.

Composita.

Hiera picra cum agarico purgat pituitam, & bilem. Datur in Bolo ab unc. ss. ad unc. 1.

Hieræ cum agarico purgant eosdem humores à drach. 1. ad drach. 2. Conveniũt morbis pectoris, vẽtriculi, & intestinorum.

Pilul. Mastichinę purgant pituitã, & bilem à drachm. 1. ad drachm. 2. Conveniunt vẽtriculo, & capiti. Fortiores istis solent emendari, & obtundi.

Aggre-

Pitul. { Aggregativæ purgant à prę-dominio pituitam, dein bilem, & melancholiam. Dantur à dr. 1. ad dr. 2. ß.

Strenua.

Chamæsice purgat pit. crassam, & serositates; convenit dosi, & exhibendi modo cum peplo, scilicet à drac. 1. ad drach. 2. In D. à M. 1. ad M. 1. ß. in sero lactis.

Esulæ { Radicis cortex purgat serositates, & utramque bilem. Infunditur à scrupul. 1. ad scrup. ß. Datur pulvis à gran. 6. ad 20. C. aceto cydoniatio. Additur supp. acribus: Atq; apud Chymicos fit extractum celebre.

Venetæ rad. cortex easdem habet facultates, sed non ita validas D. in S. ab obolo 1. ad dr. 1. Infunditur à dr. 1. ad dr. 3. C. aromaticis.

Ge-

Genista Hispanica purgat pituitam, & serositates. Dantur folia, & semen in subst. à drachm. 1. ad dr. 2. Decoct. à drac. 2. ad unc. ſſ. C. vino aromat. addunturque acribus clysmis.

Genistæ angulosæ partes omnes eadem purgant, & eodem modo exhibentur.

Hermodactylus tam Orientalis, quã officinarum, purgat pituitam crassam, præcipuè ab articulis. Datur à drachm. 1. ad drachm. 2. C. cardamomo, Zingibere. Infusus, decoctus vires perdit, ac datur morbis articulorum.

Melochiæ semen purgat pituitam, bilem, & serositates, D. in S. ad drach. 1. Infunditur ad drachm. duas.

Mercurius dulcis chymicorum purgat pituitam crassam, & melancholiam. Datur à scrupul. 1. ad drachm. ſſ. in pilul. potu, vel conservis & auro foliato. Singulari-

gulariter convenit cancro, elephantiasi, & doloribus gallicis.

Narcissi lutei silvestris radix Dodonæi purgat pituitam, & serositates. Datur in subst. à drach. 1. ad drac. 2. Infus. à drach. 2. ad unc. ss. C. anisо, & zingibere.

Opopanax purgat pituitam crassam ab articulis, & nervosis partibus: Datur in substant. à drachm. 1. ad drachm. 2. C. Mastiche, & spica. Singulariter convenit soporosis affectibus.

Sagapenum purgat pituitam, & melancholiam, præsertim à cerebro, nervis, & articulis. Datur in Pulvis, aut bolo à drachma ss. ad scrupul. quatuor. Cor. zingibere, & spica.

Sarcocolla in omnibus convenit cũ opopanace.

Turbith. purgat pituitam, præsertim à capite, & pectore. Datur in substant. à drachm. 1. ad drach. 2. Decoquitur, aut infunditur à drach.

drach. 2. ad unc. ſſ. C. zingibere, aut cardamomo bibitur eius pulvis, vel miſcetur electuar. aut cõſerv. & inde fiunt pilulæ.

Vuæ Taminæ radix purgat pituitam, ſeroſitates, & bilem flavam. Datur in ſubſt. à ſcrup. 2. ad ſcrup. 5. Decoquitur à drach. 1. ſſ. ad dr. tres. Corrig. corticibus, aut ſemin. citri.

Compoſita.

Electuarium Diaphænicum purgat pituitam, & bilem, præſertim à pectore. Datur in bolo à drach. 3. ad drach. 6.

Benedicta laxativa purgat pituitam, ſeroſitates, & bilem flavam præcipuè à renibus, utero, & veſicca. Datur in Bolo ab unc. ſſ. ad unc. 1. Additur clyſterib.

Electuarium { Indum maius purgat pituitam, & bilem æqualiter præſertim à renib. & veſicca Datur in bolo, vel

Electuarium { vel potu à dr. trib. ad unciam. 1. Indum minus habet easdem vires. Datur ead. dosi.

Diaturbith. Mesue purgat pituitam crassam, præsertim à capite, & pectore. Datur in bolo à drachm. 6. ad drachm. 10.

Species Diaturbith. Mesue cum suaviss. sint, delicatioribus conveniunt. Dantur in iure, aut vino à drachm. 1. ss. ad drachm. 6.

Diaturbit. cum rheo Montagnanæ purgat pituitam, & bilem æqualiter, maxime ab articulis. Datur in bolo, & in potu drachm. 3. ad drach. 6.

Diacarthamum Arnoldi purgat pituitam utramque, & aliquatenus bilem. Datur in bolo ad drachm. tres.

Hiera

Diacolocynthidos purgat pituitam craſſam a capite, & juncturis. Datur in bolo à dr. 1. ad drach. 2. ante fermentationem. Poſt fermẽtationem à dr. 1. ad unc. ſſ. Additur clyſter.

Hiera Pachii idem præſtat eodem modo.

Compoſita Galeni, quæ & hiera magna, & pro clyſterib. appellatur, purgat pituitam, & bilem, & Melancholiam. Vix unquam datur per os. Dari tamen poteſt ab unc. ſſ. ad unciam 1. Additur clyſt. ab unc. ſſ. ad unc. 2.

Hi.

Archigenis, Logadii, Hermetis purgat pituitam utramque bilem, & ſeroſitates. Convenit doſi, & exhibendi modo cum hiera colocynthidis.

Arthriticæ purgant pituitam craſſam,

crassam, ac tenuem. ac aliqualiter bilē. Dantur à dr. 1. ad drac. 2. Aptantur articulis.

De Benedicta eiusdem eadē præstāt ac Benedicta. Dātur à scr. 1. ad dr. 1. ss.

de Hermodactylis majores purgant pituitam crassā. Dantur à dr. ss. ad dr. 1. ss. Aptantur capiti, junctu-

Pilulæ ris, & nervis.

è quinq; generibus Myrrobal. purgant primò pituitā, dein bilē, & melācholiā, à dr. 1. ad dr. 2. Aptātur lui Gallicæ, lepræ, & cutaneis affectibus.

de Sagapeno purgāt pituitā crassam. Dantur à dr. ss. ad. scr. 4. Aptātur nervis.

de Sarcocolla purgāt pituitā crassā à dr. ss. ad dr. 2. Aptātur nervis, & articulis.

Lucis majores purgāt pituitam

Pilul. { tam crassam à dr. 1. ad dr. 2. Aptantur oculis, & cordi.

Pilulæ lucis minores purgant pituitã crassam, & melancholiam à drac. 1. ad dr. 2. iisdem confert.

Trochisci { de *Violis* sine scamonio purgant pituitam, & aliqualiter bilem flavam tenuiorem. Dãtur in substant. in pil. in pulvere à dr. 1. ad dr. 2. Infunduntur à *dr. 2. ad unc. ss.* Aptantur cordi.

Hamech Mesue eadem præstant, & eodem modo.

Hermodactylata purgat pituitam crassam, & tenuem, & bilem. Datur in vino à dr. 1. ss. ad dr. 3. Aptatur capiti, nervis, & articulis.

Descriptionum, quæ circunferuntur hæc omnium præstantissima est.

℞. Turbit. elect. Hermodact. ana unc. 1. ss.

Diagrydii drac. 3. Zyn-

Zingiberis drach. 2.
Sacchari fini unc. 3. M. fit pulvis subtiliss. in vase reponendus.

Validissima, aut Furentia.

Bryonia purgat pituitam, bilé flavã, & serositates. Conceduntur eius asparagi, olerum more decocti ad M. ss. datur succus à dr. 1. ad dr. 2. Decoquitur radix à drachm 1. ad drachm. 3. Aliqui utuntur eius oleo per decoctionem facto in placentis pro hydropicis. C. stomachicis.

Colocynthidis pulpa purgat pituitam crassam, & bilem, potissimũ à capite. Infunditur à gr. 5. ad drachm. 1. melius ad drachm. ss. Additur clysteriis, aut suppositoriis acribus in maiori mole. Non usurpatur intrinsecùs ipsius subst. nisi præparata 1. trochisci alhandal. dysenteriæ metu. C. mastiche, aut oleo amygdalarum dul-

dulcium, aut tragacantha.

Cyclaminis radix purgat pituitam crassi, & serositates. Decoquitur à dr. 2. ad dr. 6. succus datur à dr. 2. ad dr. 4. Additur acribus clysmis, maximè pro colica, illitus quoque ventrem movet. C. stomachicis.

Chamelæa Arabum Mezereum purgat pituitam tenuem, serositatem, & bilem, Folia decoq. à drachm. ſſ. ad drachm. 1. In subst. datur à gr. 10. *ad scrup. 1. C. absynthio,* & hordeo.

Euphorbium purgat pituitam crassam & serositates. Datur in Substant. à gran. quinque ad scrupul. 1. Corrigitur maceratione in oleo amygdalarum dulcium, & postea coctione in pomo citrio, daturq; cum pilul. alephanginis. Singulariter commendatur in morbis inveteratis.

Flos lotus æris purgat pituitam crassam

Crassam, & tenuem. Datur ab obolis duobus ad quatuor. Corrigitur oxymelite.

Laureola
- Fœmina officinarũ purgat pituitã crassã, & aquosam datur, & coquitur ut chamelæa, sed decoquitur à dr. 1. ad dr. 3.
- Masculaofficinarũ convenit cum priori facultate, & dosi.

Sanamunda purgat pituitam, & aqua Datur in subst. à drach. ss. ad drac. 1. Corrigitur iure pingui, & alterato sem. citri.

Semiramides minus Dallechampii in omnibus convenit cum Sanamunda.

Terribilis herba Narbonensiũ purgat pituitam bilem, & serositates. Datur in subst. à dr. ss. ad dr. 1. ss. Decoquitur à dr. 1. ss. ad dr. tres. Corrigitur aromatis.

Thymelæa convenit in omnibus cũ Chamelæa.

Tithymalus quicumque, excepto latifolio, purgat pituitatam craſſam & tenuem, & bilem flavam. Datur ipſius lac à guttis 5. ad 12. Pulvis ramulorum, & foliorum à dr. ſſ. ad ſcrup. 4. Cortex in ſubſt. à ſcr. 2. ad ſcrup. 4. In M. à dr. 1. ad dr. 4. C. ſtomachicis frigid. & epicraſticis.

Compoſita.

Pilulæ

- Athandal purgãt pituitam utramq; à partibus longinquis à ſcr. 1. ad dr. 1. C. aröatib. aut pil. aloephãginis.
- Cochię ad eadem valẽt. C. pil. maſtichinis. D. à ſcrup. ad. drach. 1.
- Cochię præparatæ purgant pituitã, & utrãque bilem. Dantur à ſcr. 1. ad ſcr. 4. C. pil. maſtichinis. Singulariter cõveniũt capiti.

Ex

Ex 6. rebus Gal. purgant pituitã crassã, & bilẽ à scr. 1. ad dr. 1. Aptãtur capiti, & nervis C. ut priores.

De 8. reb. Nicol. purgãt pituitã crassã & melãcholiã. Cõveniunt cũ prioribus usu & dosi.

Nitri Alex. purgãt pituitãs erositates, & utrãq; bilẽ à dr. ss. à dr. 1. Aptãtur malis inveteratis. C. ut aliæ.

Pilulæ

Fætidæ majores Mesue purgãt pituitã crassã, & bilem à dr. ss. ad dr. 1. Aptãtur potissimũ soporosis affectibus.

Fœtidę minores ead. prę-stant à scr. 2. ad dr. 1. ss.

Ex opopanace purgant pituitã crassam à nervis, & articulis à scr. 1. ad scrup. 2.

Corrig. Pilul. Mastichinis.

Trochisci alhandali eadem præstant ac colocynthis. Dantur in sub. à gr. 5. ad gr. 12. Infunduntur usque ad gr. 20. Adduntur mitioribus phlegmagogis ratione stimuli à gr. 3. ad gr. 5. Miscentur suppos. acribus eadem dosi.

Purgantia *Melanchol.* seu *Benigna Melanagoga.*

Cuscuta purgat melancholiam, & bilem adustam. Decoquitur ab unc. ß. ad unc. 1. pro una vice. Exhibita verò infrà subitrationem exobstruentis infrà in quam dr. 3. C. ℞ *Absynt.*

Epithymum purgat melancholiam potissimum ob assatam bilé. Datur in substantia à drac. 2. ad dr. 4. Infunditur ab unc. ß. ad drac. 10. C. partim frigid. partim acuentibus eius tardam facultatem, ut zingi-

zingibere, & cardamomo.

Polypodium purgat melãcholiam, & pituitam tenuẽ. Datur in ſubſt. à drachm. 1. ad drachm. 4. ex jure galli, aut ptiſana. Decoquitur à drachm. 5. ad drachm. 10. C. odoratis, & præcipuè ſem. citri, & ſpica.

Senna purgat melancholiam, pituitam falſam, & aqu. Dantur folia & folliculi in ſubſt. à drach. 1. ad drachm. 2. in M. a drachm. 2. ad drachm. 7. C. ſemin. odoris.

Stœchas Arab. purgat Melancholiam & pituitam in ſub. à drach. 3. ad drach. 5. in decoct. ab unc. ſſ. ad unc. 1. ſſ. Noſtrate ſtœchade utimur pro alterante; Sed commoda erit decoctio pro aliorum infuſionibus.

Thymum eadem præſtat ac Epithymum eodem modo exhibitum. Eius decoct. aptè diluentur aliorum potiones melanagogæ.

Composita.

E Pomis cõpositus. Datur ab unc. 3. ad unc. 6. in potione. Infra unc. 2. subit rationem prępparantis.

Syrup. De epithymo Mes. purgat bilem atrã, & pituitam salsam ab unc 3. ad unc. 6. ut præparans verò non datur ultra unc. 2.

Decoct. Epithymi Mesue purgat bilem atram, & pituitam ab unc. 2. ad unc 4. Vsurpatur ad diluenda alia medicamenta. Reddique solet serum lactis, aut jus galli dejectorium eius admixtione.

Myrobal. Mes. eadem præstat. Singulariter convenit hypochod.

Ele-

Electuarium diacatholicum purgat melancholiam, & bilem. Datur in bolo, vel potu ab unc. ſſ. ad dr. 10. Singulariter convenit febribꝰ diuturnis, & jecoris obſtructioni.

Strenua melanagoga.

Alypi ſemen purgat bilem atram. Datur in ſubſt. à drac. 1. ſſ. ad dr. 3. Infunditur a dr. 2. ad dr. 5. Cormaſtiche, & ſucco cydoniorum.

Lapis Armenus purgat bilem atram & pituitam. Datur in ſubſt. à dr. ſſ. ad ſcrup. 4. C. iure pulli ſem. cri alterato.

Compoſita.

Diaſenna { Gentilis purgat melancholiam, & atram bilem. Datur in bolo ab unc. ſſ. ad unc. 1. Nicol. purgat eoſd. humores. Datur à dr. 5. ad drachm. 7. in B.

Pilulæ Indæ Meſue purgãt melãcholiam, & pituitam à ſcr. 2. ad ſcr. 4.

Valentissima, seu Furentia.

Helleborinigri radicis cortex præparatus purgat utramque bilem, & pituitam salsam. Datur in subst. à scr. 1. ad obolos 5. hoc est gran. lx. M. à drach. 1. ad drach. 2. Succus datur à scrup. ß. ad scrupul. 1. Fit extractum omnium præstantissimum inspissata decoctione hujus corticis, vel ejusdem succi ex mastiche. Datur à gr. 8. ad gr. 10. alias Corr. mastiche, floribus nymphææ. Delicatioribus fit malum purgativum infixis radic. & cum malo decoctis, tum exemptis radic. malum porrigitur.

Præterea redditur oxymel, aut Syr. de corticibus citri purgativus incoquendo rad. helleborinante præparationem, cujus syr. datur à dr. 6. ad scrupul. 30. hoc est drachm. decem.

Iisdem

Iisdem viribus valet, sed majori cum conatu elleborus ferulaceo Trag.

Elleborus { Niger flore herbaceo. / Adulterinus silvestris succi. / Niger Dodonæi.

Elleboraster.

Lapis lazuli præparatus purgat bilem atram, & melancholiam. Datur in subst. à scrupul. 1. ad scrup. 2. ss. Cor. cardiacis frigid. Aptatur affectibus cordis.

Composita.

Confectio Hamech purgat melancholiam, bilem adustam, & pituitam salsam à drach. 2. ad drachm. 6. in bolo, vel potu. Fit ex eo extractum, cujus sufficiunt scrup. 2. ad drachm. 2.

Hydragoga benigna.

Chamæleontis albi rad. Datur in subst. à drachm. ss. ad drach. 1. In Decoctione à drachm. 1. ad drac. 3. G. sem. odoris.

Cynocrambe datur à M. ſſ. ad M. j. ſſ. Sumitur etiam olerum more Cor. odoratis.

Herbæ mirabilis variegato flore radix datur in pulverem à drach. j. ad drach. 2, C. aromat.

Hemerocallidis radix datur in ſubſt. à drac. 2. ad drac. 3. eandem cum melle tritam, & cataplaſmatis modo ventri appoſitam idem præſtare ait Plinius.

Iris domeſtica, maximè flore purpureo, purgat aqu. pituitam craſsã, & aliqualiter bilem. Datur ſuccus recens expreſſus è radicibus ab unc. 2. ad unc. 4. condenſatus verò à dr. 2. ad unc. ſſ. C. ſtomachicis præſertim abſynthio.

Trifolii radix datur in ſubſt. ad unc. 2. ex vino arom.

Vnguentum de arthanit Meſ. toti ventri illitum.

Strenua.

Authoræ rad. purgat aqu. & pituitam

tam craſſam. Datur in ſubſt. à ſcr. 1. ad ſcrup. 2. Non eget corrigentibus.

Æs uſtum, Æris ſquamma, & flos purgant aqu. pituitam craſſam. Dantur in ſubſt. à ſcrup. 2. ad ſcr. 4. cum ſyr. de Abſynthio, vel de cortice citri. Corrig. primùm exactiſſima lotione, dein zingibere, & abſynthio.

* Cucumeris ſylveſtris radix purgat aqu. pituitam, & bilem. Datur in ſubſtant. à gr. 15. ad dr. ſſ. in M. à ſcrup. 2. ad ſcrup. 4. in decoct. à dr. 2. ad dr. 4. Corrigitur ſtomachicis.

* Ebulus purgat aqu. & pituit. utramque Comeduntur folia olerum more. Radix infunditur vino à drac. 1. ſſ. ad drac. 3. in ſubſt. ſumitur ad drac. 2. ſuccus foliorum, aut fructuum bibitur ad unc. 1. ſeminis pulvis à ſcrup. 2. ad drachm. 1. ſſ. Conſerva fructuum, aut florum à drachm. 2. ad unc.

ad unc. ſſ. Corrig. ſem. odoris.

Lactucæ ſylveſtris ſuccus datur à dr. duabus ad unc. ſſ. cum melle.

Ricinus Americanus purgat aqua & pituitam. Datur in ſubſt. medium ſemen, in M. integrum. C. arom. noſtras datur in ſubſt. à dr. 1. ad dr. 3. in M. à drach. 3. ad drachm. 6.

* Dende Arabica recino omnino affinis, eſtque granum illud, quod Agyrtæ pro ricino Americano circumferunt.

* Soldanella comeditur olerũ more, vel datur in decoctione ex jure pingui à M. 1. ad M. 2. Corrig. ſtomachicis.

* Sambucus idem præſtat, & ſimiliter exhibetur, ac ebulus, ſciendũ tamen præcipuam ſolvendi vim ineſſe cortici radicis.

Vit. albæ rad. datur in decoct. à drac. 2. ad unc. ſſ. ex vino diluto. Corrig. aromat.

Vuæ thaminæ radix datur in eadem doſi, & eodem modo.

Fu-

Furentia.

Antimonium cum spiritu vini ritè præparatum. Datur in subst. à gr. 5. ad gr. 10. cum conserva ros. aut vino aromat.

Caraputia purgat aqu. pituitam, & bilem. Dantur femina majora à 6. ad 10. minora ab 8. ad 15. C. jure pingui alterato sem. citri.

Tithymalus latifolius solus inter omnes tithymalos purgat aqua tãtum datur ut alii tithymali.

Composita.

Pilulæ
- ex Elaterio Nicolai purgant aqua pituitã, & bilem flavam à gr. 5. ad gr. 10. Dantur cũ pilul. aloephanginis.
- de Euphorbio purgant aqu. & pituitam crassam à scrup. 1. ad dra. 1. Corrig. pil. aloephanginis.

Vomi-

Vomitoria Cathartica.

Hæc quoque alvum movent, quia purum vomitorium nullum datur; fieri enim non potest, ut excremento vi medicamenti à longinquis partibus ad intestina, & ventriculum attracto utriusque partis expultrix ad excretionem non irritetur. Quibus os supernum ventriculi debilius est, horum medicamentorum ope maior sit vomitus, quàm dejectio, at si infernū sit debilius, maior dejectio, quam vomitio quod etiam accidit, si epoto medicamento adhibeantur roborantia os stomachi.

Vomitoria benigna.

Asari rad. purgat pituitam, & bilem. Datur in infusione à drac. 2. ad ʒ. pulvis a drach. 1. ad 2. cum oxymel.

Coluteæ vesicariæ semen purgat pituitam, & datur in subst. à drach. 1. ad drachm. 2. in M. a drachm. 2. ad unc. ß. cum vino aromatico.

Colu-

Colutea scorpioides easdem habet vires

* Ebuli rad. succus purgat aqu. pituitam, & bilem. Datur in subst, a scrupul. 4. ad drach. 2. ss. C semin citri.

* Geniſtæ ramuli virentes purgant pituitam crudam, & bilem. Dantur in subſtant. ad drach. 3. in M. ad drach. 6.

* Glans unguentaria purgat pituitam crudam. Datur in subst. a dr. 5. ad unc. 1. ss. cum oxymelite; bibitur ipsius oleum ad unc. ss. cum emulsione sem. citri. Additur clysteribus ad unc 2. præsertim pro dolore colico.

Sambuci radic. corticis succus habet easdem facultates, quas succus ebuli, & similiter exhibetur.

Tabaci folia purgant omes humores penè æqualiter. Dantur in subst. a dr. 2. ad unc. ss. cum sem. fœniculi.

Vitriolum vomitorium chymic. purgat

gat pituitam crassam, & melancholiam. Datur à dr. ß. ad drach. unam, cum jure optim. de scripto apud Crollium in Basilica Chymica.

Furentia.

Antimonium purgat aqu. pituitã, & bilem flavam. Datur in subst à gr. 3. ad 7. in M. à gr. 5. ad 10. exhibetur vel vitrificatum, vel ejus flor. vel oleum in aqu. frigidã præcipitatum, vel tinctum in potu cum vino aromatico; in bolo cum conserva rosarum, vel rorismarini sp. Diarrhod. Abbat. vel pilul. aromaticis.

Anagyris semẽ purgat pituitam crassam, & serositates. Datur in subst. à scrup. 2. ad drach. 1. cum semin. citri.

Elaterium purgat aqu. pituitam; & bilem flavam; si paretur sine expressione. Datur à gr. 2. ad gr. 6. si cum expressione à gr. 3. ad gr. 10. cum

10. cum pil. aloephanginis.

Elleborii albi rad. præparata purgat aqu. pituitã. bilem. Datur à scrup. ß. ad scrup. 1. Non datur in substt. sed radix infunditur, vel infigitur raphano per noctem, & succus expressus bibitur; vel infigitur malo cydonio, coquitur, & cydonei fructũ exhibetur cum nymphæa; & ptisana liquidior datur superbibenda; vel panatella pinguis ad corrigendum singultum.

Mandragoræ rad. succus purgat pituitam aqu. & bilem. Datur à gr. 10. ad scrup. 1. cum vino generoso.

Mercurius vitæ Quercet. purgat crassos humores. Datur ad gran. 10. cum auro, & aromatibus, aptatur lui Gallicæ, & antiquis malis. Ejusdem facultatis sunt pulvis Algaroti, Præcipitatum dulcificatum, Turbith. Minerale Quercet. Quorum descript.

script. vide apud Quercet. in consiliis de lue gallica.

La hyridis avulsa infernè sursum folia purgant pituitam crassam, & aq. Dantur in decoct. ad scrup. 4. Cor. sem. citri, vel absynthio.

Tabaci virentis succus per se exhibitus a drac. 1. ad dr. 2. cum emuls. sem. citri purgat omnes humores.

Errhina.

Errhina Latinis Nasalia, humorum in capite contentum sensibiliter eliciunt per nares, laxando, humectando, sive pituitam fundendo, sive expultricem cerebri irritando, sive denique trahente facultate humorem alliciendo, quorum omniū tres sunt gradus, & quatruplex exhibendi modus. Sunt Temperata, Mediocria, & Valentia.

Administrantur liquida infusa, in pulverem trita, & insufflata; & turundæ in modum indita, & naribus illita, Ex his quædam sternutamentum excitant,

tant, & sternutatoria dicuntur, quorũ quæ non sunt fortia sternutamentum non efficiunt. Fortia verò, acria, pulverizata, & insufflata efficiunt. Ista, Errhina nimirum, sunt temperata, & mordacitatis expertia, licèt eorum aliqua ob vim tractricem validas moliantur vacuationes, qua omnia notantur asterisco.

Debiliora.

Amygdal. dulcium oleum illitum.
Hordei aqua, vel sola, vel cum manna.
Maluarum aqu. & succus.

Mediocria.

Anagallidis succus.
Agaricus. *
Betonica.
Betæ { Fol. succus. / Rad. in tutundam formata.
Blii succus.
Brassicæ succus. & decoct.

Chel-

Chelidonium majus.
Cortex mali aurantii indicus.
Cyclaminis radix in rurundam formata. **
Hederæ succus.
Majoranæ aqua, & succus.
Tabaci succus. & fumus. *

Valentia.

Anemones succus.
Betæ radicis succus.
Cyclaminis succus.
Cæpæ succus.
Elaterium.
Ellebori nigri decoct. & pulvis.
Nigellæ decoctum, & pulvis.
Pyrethri pulvis.
Piperis pulvis.

Ἀποφλεγματίσματα.

Apophlegmatismata caput mediantibus palati ductibus purgant, & magis propriè apophlegmatismata appellantur, quæ cum errhinis facultate conveniunt. Eorum pariter tres sunt gradus,

dus, & totidem administrandi modi, nã vel dentibus teruntur masticatoria dicta, vel gargarizantur, unde gargarismi, vel penna illinuntur palato.

Masticatorii temperati materia.

Amygdal. amaræ.
Charta dentibus trita.
Ficus passa.
Mastiche.
Mali citri frustum integrum.
Thus.
Vua passa.

Mediocris.

Carpesium.
Cardamomum.
Caryophylli Indi.
Cinnamomum.
Contrajervæ rad. cortex.
Cubebæ.
Cyperus.
Folium Indicum.
Fœniculi sem.

Impera-

Imperatoriæ rad.
Juniperi grana.
Lauri baccæ.
Lignum aloes.
Nux moscata.

Valentis.

Nasturtium.
Piper.
Pyrethrum.
Piperitis.
Staphisagria.
Sinapi.
Zedoaria.
Zingiber.

Hæc, ut suaviora fiant ægro, componuntur cum sacharo, melle, passulis, amygdal dulc. gratia saporis: ambra, moscho, trochiscis de gallia gratia odoris, & momento ceræ, ne materia diffluat intra dentes.

Gargarismi.

Gargarismi quicumque fiunt ex aquis, succis, & decoctione cephalicorum

corum calidorum, quibus etiam permiscentur syrup. capitales, & magna antidoti prouisus exigentia. Horum materiæ ex alibi dictis patent. Pro illitione palati cõferunt syrupi capitales, vel soli, vel mixti confectionibus, vel prædictis pulveribus pro mediocri, & valido masticatorio: sed præstantia sunt.

Syrup. { de Betonica. / de Hyssopo. / de Stœchade. / de Calamintha.

Oxymel scylliticum.

Mel { Anacardinum. / Anthosatum.

Confectio anacardina.

Diasinapi.

Mostarda.

Diacastoreum.

Aurea Alexandrina.

Mithridatica confectio.

Theriaca.

Illitis arconticon.

Aqua

Aqua vitæ vel sola, vel diluta cum dictis confectionibus.

Expectorantia.

EXpectorantia, materiam in thorace, & cavitate pulmonum evocant beneficio tussis quam evocant vel oblinendo, vel replendo velut pinguia, quæ materiam tenuem etiam incrassant, ne aeris impulsu cedat, vel acrimonia irritando, quæ crassa quoque attenuant, ne aeri pertinaciter reluctentur. Horum aliqua liquida sunt, ut mulsa; alia solida, ut orbiculi; alia media, ut Looch; & Syrupi, quæ latinis propriè lambitiva, sive linctus appellantur, Græcis eclegmata. Crassefaciunt, & oblinunt omnia descripta inter pectoralia frigida, & præparãtia bilem in pectore. Quæ verò incidunt, & attenuant, frigidæ materiæ conveniunt. Lege pectoralia calida, & præparantia pituitam in pectore.

Diuretica.

DIuretica vacuant totum corpus per urinas, sed præcipuè quando materia

materia peccans, vel in gibbis, vel supra gibba jecoris continetur. Diureticorum quædam sunt propria, quædã impropria. Illa sanguinem fundunt, dein cogunt, segregantq; ab ipso aquositatem, quam renes postmodum attrahunt. Ideo partium sunt tenuium, & paulo minùs calida, quàm sudorifica tertium circiter gradũ. Impropria absque fusione coagulãdo sanguinem, quod aquosum est ab eo separãi, sive coagulent per se exprimendo partes aquosas à terrestribus, sive per accidens uniendo per antiperistasim calorem sanguinis, eiusque ope crassefaciendo, ut sunt nonnulla frigida. Alia humiditate, & partium tenuitate urinas movent, augẽdo nimirum materiam à renibus trahi, & secerni solitam, cuius occasione alii quoque humores purgantur.

Propriè Diuretica sunt.

Absynthium commune.
Acanthi radix, & semen.
Acorus.
Acetum scyllitieum.
Ageratum.

Allium.
Amomum.
Ammi.
Angelica odor.
Aniſum.
Apium quodcumque.
Artemiſia.
Aſarum.
Aſparagi ſem.
Aſphodelus.
Aſpalathum.
Bdellium.
Bunii ſemen.
Cantharides.
Carui ſemen.
Calamus odorat.
Cardiaca herba.
Cœpa.
Cardui ſativi radix, & ſem.
Carlinæ radix.
Carpeſium.
Caſſia lignea.
Caucalis Matth.
Caryophylli Indi.
Calamintha montana.
Carduus ſanctus.

Cardui stellati sem.
Chamæpythis.
Cinamomum.
Costus aromat.
Contrairerua.
Crocodilii sem.
Cyminum.
Cyperus odor.
Dauci sem. & rad.
Dictamnus { Creticus. / Albus.
Dracunculus { Major. / Minor.
Epithymum.
Eryngii radix.
Eruca sativa.
Eupatorium Avic.
Fœniculum.
Galanga.
Gentiana.
Gingidium.
Gingiber.
Helenii radix.
Hipposelinum.
Hyssopus.
Itio.

Imperatoriæ rad.
Juniperi baccæ, lignumque.
Lactuca sylvestris.
Lauri { Cortex. * / Folia, & baccæ.
Linaria herba.
Laurus Alexandrina.
Lappæ utriusque sem.
Ligustici semen.
Macis.
Mel.
Mentha { Sativa. / Græca.
Menthastrum.
Meum.
Marum.
Majorana.
Myrrha.
Nardus quæcumque.
Nepetha.
Nigeliæ sem.
Nux moschata.
Ozymum.
Ononidis rad.
Origanum.
Panax.

Pœonia.
Petroselinum.
Petasitidis rad.
Peucedanum.
Perficaria fuliginosa.
Phu.
Piper.
Pimpinella Saxifragia.
Polium.
Porrum.
Pseudobunium.
Pulegium.
Pseudocostus Matth.
Raphani utriusque cortex.
Resina { Terebinthina. / Laryzina. / Strobelina.
Rhamni tertii Matth. sem.
Rubiæ radix.
Ruscus.
Ruta utraque.
Sabina.
Salvia.
Scandix.
Scylla.
Scordium.

Scolimus.
Satureia.
Seseli.
Serpillum.
Siler montanum.
Sinapi.
Sium.
Syſimbrium utrumque.
Smirnium.
Sphondilium.
Tanacetum.
Thlaſpi quodcumque.
Thymus.
Thymbra.
Tordilium.
Tragoriganum.
Trifolium bituminoſum.
Triſago.
Vitis alba.
Xiris.

Compoſita.

Vinum abſynthite.
Syr. { De duab. rad. / De quinque rad. / Acetoſ. compoſ.
Dialacca. Diacu-

Diacurcuma.
Diacuminum.
Diacalamintha.

Trochiſci { de Abſynthio. / de Lacca. / de Myrrha. / Cypheos. / Alkekengi. }

Electuar. { Lithontribon. / Juſtinum. / de Baccis lauri. }

Spiritus { Terebinthinæ. / Salis. / Vitrioli. }

Sal { Abſinthii. / Succini. }

Liquor { Salis è cavo raphani fluens. / Raphani in cumulo ſalis ſepulti. }

Extrinſecus.

Oleum { Terebinthinę. / Succini. / Scorpionum Matth. }

Diuretica impropriè frigida.

Acini Sambuci.
Alkekengi fructus.
Cancri fluviatilis putamen, & eiusdem Lapilli.
Callus parti internæ crurum equi innascens.
Cerasa acida siccata.
Citrulli semen.
Cochleæ putamen.
Corallium ustum.
Cucurbitæ semen.
Cucumeris semen.
Cynorrhodi fructus.
Endiviæ semen.
Fragaria.
Gramen, maximè arundineum.
Herniariæ succus.
Lactucæ semen.
Lapis { Judaicus. Spongiæ. In felle bovis repertus.
Leporis integri usti cinis.

Limo-

Limonis { Succus. / Aciditas.
Lupuli.
Melonis semen.
Maluæ semen.
Mespilorum ossicula.
Millepedes.
Milium.
Muscus terrestris.
Mustelæ vesicæ pulvis.
Oxyacanthę Matt. acinus.
Portulacæ semen.
Polygonum minus.
Raporum tenerrimorum cauliculi.
Scariolæ semen.
Scorpionum ustorum cinis.
Serum lactis depuratum acido limonum.
Testudinis hyemale operculum.
Virga aurea.
Vmbilicus Veneris.

Diuretica impropriè calida.

Abutili Avic. sem.

Amygdal. amaræ.
Amara dulcis.
Anagallis.
Anethum.
Androsace.
Arundinis rad.
Asparagus virens.
Avellanarum silvestr. cortex, & pellicula interior.
Baccaris.
Ballamum Orient.
Betonica.
Butela.
Bilinguis.
Brassicæ ius
Bulbonac.
Bulbus vomitorius.
Capillus Veneris.
Capparis fruct. rad. & cortex.
Cassiæ sol. pulpa.
Caryophyll. sylvestr. radix.
Cetrach.
Cerasi gummi.
Chamæmelum.
Chinarum radix.
Cicerum ius. Cica-

Cicadæ ustæ.
Consol. realis flos.
Crocus.
Crithmum.
Cuscuta.
Cytisus.
Erinacei terr. & marini caro.
Filipendula hortens.
Filicis rad.
Fraxini sem.
Fumaria.
Genistæ rad. & cortex.
Glycyrrhiza.
Glans faginea.
Hedera terrestris.
Herbæ musci rad.
Hyperici sem.
Hipolapathi rad.
Hyacinthi rad.
Iris domestica.
Lacryma abiegna, & concrescens in caudice vitis.
Leporis renes.
Linaria quæcumque.
Libanotis utraque.
Lithospermon. Lon-

Lonchitis.
Milium.
Misy.
Murium stercus.
Nuclei { Cerasorum. / Persicorum.
Oleæ sylvestr. lachryma.
Paliurus.
Parietariæ succus.
Pastinaca sativa, erratica.
Periclymeni sem.
Persici arbor. gummi.
Personatæ rad. & sem.
Pilosella.
Polemonii rad.
Polium. *
Polytrichum.
Potentilla.
Primulæ veris rad.
Quinquefolium.
Raphanus sativus.
Rheum.
Ruta marina.
Salvia.
Salsa parilla.
Saxifragia omnis. Sili-

Siliquæ.
Smilax aspera.
Testiculus canis.
Tilia.
Tribulus uterque.
Tragii sem.
Veronica mas.
Vermes terr. pulver.
Vincetoxicum.
Vitrum ustum.
Vitex.
Vitis silvest.
Vrtica.

Compositæ.

Vinum { Novum. / Alkekengi.
Conserva { Maluarum. / Capill. Ven.
Syrup. { de Cichor comp. / de Liquiritia. / de Capil. Ven.
Cristallus tartari.
Salprunellæ.

Extrin.

Extrinsecùs.

Oleum. { Anethinum. / de Capparibus. / de Genista. / Scorpionum Matth.

Hunc etiam referri possunt lapidem frangentia, quæ quidem caloris gradum primum non excedant, de quibus infra dicetur.

Sudorifica, sive Διαφωτικα

Sudorifica, Græcis Hidrotica, varia sunt, quædam humorem tenuant, & in halitum quadantenus vertunt, neque impellunt ad corporis circumferentiam, quæ etiam meatus reddunt laxos, & sudori pervios; alia materiam trahunt ad eutem, eiusque poros expediunt vel rarefaciendo si adstricti sint, vel etiam extenuando, & abstergendo, si quid crassum impactum sit: Illa sunt calida 3. recessu, & partium tenuium, & proprie diureticis aliquanto calidiora, & rarefacientia,

de

de quibus in prioribus tabulis, ad quæ etiam spectant remedia attrahentia, quæ ad manus operam spectant, veluti frictiones, lagenæ calentes, balnea sicca, & similia, quibus corpori admotis sudor elicitur. Quæ sudorem movent attrahendo, extrinsecus admoventur. Quæ impellendo, viasque disponendo intrinsecus. Præter dicta sunt alia quædam impropriè talia, quæ præbendo humiditatem in habitum facilè solubilem, & mediocriter extergendo sudorem movent, licèt calida non sint, veluti acida, & hordei decoctũ, quæ & ipsa quodammodo sudorem movẽt impellendo. Movent autem sudorem impellendo sequentia omnia.

Allium in hydromel. coctum.
Angelica odorat. dec. ex vino albo.
Angelicæ aqu. stillata ex aqu. vitæ.
Acida omnia.
Buxi ligni decoct. & extractum.
Bezoar lapis, maximè Orient.
Cardui sancti decoct. extract. & aqu.
Caryoph. dec. aqu.
Chamædryos decoct.

Cha-

Chamæmeli decoct. aqu.
Cinnabaris naturalis, cui ter affusa
sit aqu. vitæ opt.
Chinarum rad. *
Chelidoniæ masc. dec. extr.
Crocus, & eius extr. cum aqu. vitæ
præp.
Draguntii decoct. ex vino.
Ebeni ligni decoct.
Ferulæ sem.
Fũariæ dec. & aq. è succo lim. stillata.
Fraxini cort. & lignum.
Gingiber, & eius extr.
Guajaci decoct. aqu. vel sola, vel cũ
aliquot guttis spiritus vitrioli.
Juniperi ligni decoct. & extr.
Lauri cort. & ligni decoct.
Laureolæ decoct.
Lentis palustris aqua stillata.
Lupuli rad. dec.
Myrrhis.
Milii decoct.
Nucum viridium aqu. stillata.
Petasitidis rad.
Pimpinellæ aqu.
Polygoni ex vino decoct.

Pentaphylli rad. dec.
Sassafras dec. extr.
Salsæparillæ dec.
Sabinæ decoct.
Salabsynthii chym.
Spiritus { Tartari. Sulphuris. Vitrioli.
Sulphuris flos bis sublimatus.
Tabaci Indici decoct.
Tormentillæ rad. decoct.
Vnifolii rad decoct.

Composita.

Aqua thermalis.
Mithridatica conf.
Theriaca.
Syrup. S. Ambrosii, qui paratur ex una parte vini albi calétis, & duabus decoct. milii.
Antimonium.
Mercurius.

Digerentia, sive Διαφορήτικα.

INsensibiliter vacuant digerentia, discutien-

cutientia, attrahentia à centro ad circũferentiam, inter quæ magna est affinitas, & solùm inter facultatis gradus distinctio. Digerentia humorem attenuant, inque halitum vertendo dissipant, nam quæ sola siccitate, aut alia ratione humiditatem partis absumunt, combibunt, exprimunt, propriè digerentia dici non merentur, cum verò halitus rarefactione producatur, quæ caloris est effectus, clarum est propriè digerentia esse calida. Calor autem vel humiditati est junctus, vel siccitati, ille proprius est debiliter digerentium, quæ mollientia dicuntur, ille convenit paulò validiùs digerentibus; quorum duplex status potest ordo.

Primus eorum, quæ calida sunt partiumque tenuium, quam ob causam altiùs se insinuant, & flatus etiam crassos, dissolvunt, unde discutientia, à barbaris carminantia dicuntur.

Alter est attrahentium, quæ & ipsa discutiunt, sed ob aliquam partium crassitiem corporis superficiei, diutius hærẽt, atque calefactionis vehementia, & diu-

turni-

urnitate humores ad partes attrahunt.

Digerunt ergo.

Abrotanum.
Absynthium.
Acanthus sylvestris.
Althæa.
Anethum.
Amygdalæ amaræ.
Ammoniacum.
Anagyris.
Apium quodcumque.
Aqua calida.
Argemone.
Aristolochia quęcumque.
Asclepias.
Asphodelus.
Attractilis.
Balsamum.
Bdellium.
Bitumen.
Botrys.
Butyrum salitum.
Capparis.
Caseus vetus.
Caryophyllatæ radix.

Cera flava.
Chamæmelum.
Chamæleon.
Chamepythis.
Chinarum radix.
Cichor.
Cytisus.
Clinopodium.
Coriandrum.
Crocus.
Crocodilium.
Dactyli.
Enula.
Eryngium.
Eruca.
Fœnugræcum.
Fæx vini.
Ficus.
Filipendula.
Galeopsis.
Gentiana.
Gattaria.
Gladiolus.
Guajacum.
Herba Siciliana.
Hemorocallis.

Hypericon.
Jasminus.
Iris sativa.
Inglandes maturæ.
Ladanus.
Lacca.
Lapathi radix.
Leontopetalon.
Lini semen,
Lycium.
Mali persicifolia.
Marrubium.
Mercurialis.
Melissa.
Melilotus.
Nardus quæcumque.
Olus atrum.
Onobrichis.
Orobus.
Panax.
Paronychia.
Personata.
Petroselinum.
Pimpinella.
Raphanus,
Rosmarinus.

Sabina

Sabina.
Sambucus.
Salsaparilla.
Sesamum.
Sysimbrium.
Sium.
Spongiæ ustæ.
Stœchas.
Tanacetum.
Terra Cimolia.
Valeriana major.
Verbascifolia.
Vinum potens.
Vrtica.
Xiris.

Hue referri possunt quæcumque secundum caloris gradum non excedunt.

Extrinsecus.

Arena calens.
Aqua { Calcis vivæ. / Thermalis sulphurea.
Catuli calentes dissecti.

Cera-

Ceratum { Sacrum. / Betonica. / Barbarum. / Diapyrites. / Citrinum. }
Elaterium.
Furfur.
Fabacea farina.
Galbanum.
Halcyonium.
Oleum { Ricininum. / Raphaninum. / Sesaminum. / Vetus. / Viperinum. }
Ricinus.
Scammonium.
Stercus bubulum.
Hirundinis nudus.
Lapis { Alabastrites. / Gagates. / { Thracius. / Phrygius. }
Lixivium forte.
Nitrum.

Oleum

Oleum { Anethinum. / Amygdalinum. / Camæmelinum. / Irinum. / Liliorum alborum. / E ſem. lini. / Roſatum completum. / Teſtæ marinæ. }

Viſcum.
Vernix.
Vinacea.

Emplaſtrum { de Meliloto. / Ceroneum. / é Cochleis tuſis. }

Vnguentum { Martiatum. / Arragonicum. }

DISCVTIENTIA, QVIBVS ET-iam ad digerendum utimur.

Acorus.
Amomum.
Amini.
Ambra griſea.
Angelica.
Aniſum.
Arantii ſem.
Aqua vitæ.

Baccæ

Baccæ lauri.
Cariophylli arom.
Cannabis.
Caruum.
Cassia lignea.
Castoreum.
Calamenthum.
Cardamomum.
Carpesium.
Cæpa.
Cedrus.
Chelidonium utrumque.
Citri sem. & cort.
Cinnamomum.
Cort. arundinis.
Costus aromat.
Cyminum.
Cubebæ.
Daucus.
Dictamnus { Albus. / Creticus.
Epithymum.
Fœniculum.
Fraxini lignum.
Galanga.

Herminum.
Hyssopus.
Hydropiper.
Imperatoria.
Juniperus.
Juncus odoratus.
Lavendula.
Lauri fol. & baccæ.
Lepidium Pauli.
Ligusticum.
Lignum aloes.
Lupini.
Macis.
Malabathrum.
Meum.
Majorana.
Mentha Sicca.
Menthastrum.
Myrrha.
Moschus odor.
Nasturtium.
Nepeta.
Nigella.
Nux moschata.
Ocymum.
Origanum.

Peucedanum.
Petasitidis radix.
Phu.
Piper.
Polium.
Pseudobunium.
Pseudocostus.
Pulegium.
Raphanus rusticanus.
Ruta.
Saponaria.
Salis spuma.
Salis flos.
Sassafras.
Satureia.
Seseli.
Serpillum.
Siler montanum.
Smyrnium.
Spica Italica.
Thymus.
Tragoriganum.
Viticis semen.
Vinum aromat.
Zedoaria.
Zingiber.

COMPOSITA.

Aqua
- Theriacalis.
- Cinnamomi.
- Aniſorum.
- Angelicæ.
- Fœniculi.
- Juniperi.
- Lavendulæ.
- Maioranæ.
- Therm ſulph.

Oleum
- Cinnamomi.
- è ſem. Fœniculi.
- è ſem citri.
- Caryophyll.
- è Piperibus.

Acetum ſcyllinum.

Confectum
- Anyſorum.
- Fœnic.
- Cinnamomi.
- Coriandri.

Cortex citri conditus.

Conditum
- Rad. Acori.
- Zingiberis.
- Nucis moſch.
- Rad. Pyrethri.

Con-

Confectio arom. rosati.
Arom. Cariophyllatum.
Dianisum.
Diagalanga.
Diacyminum.
Diatrionpiperon.
Diaspoliticum.
Electuarium { Diaprassium. / Diacastoreum. / Dianthos. }
{ Diaxyloaloes. / E baccis lauri. / Ex toto citro. }
Mithridatium.
Theriaca vetus.
Aurea Alexandrina.
Jus { Galli veteris. / Columbi. }
Hiera simplex ex 80. drachm. aloes.
Mel scyllinum.
Oxymel scyll.
Syrupus { è Mentha. / è cortic. citri. }
Trochisci { Hedichroi. / è Gallia moschata. }

Trochisci { è Ligno aloes. / Seyllitici. / Viperini.

Sal theriacale.

Vinum Hippocrat.

EXTRINSECVS.

Arena calens.

Chamæfice.

Cinis calens.

Colocynthis.

Furfur tostum.

Milium torrefactum.

Sagapenum.

Oleum { Costinum. / è Cera. / è Colocynthide. / Nucis mosch. / Juniperinum. / Laurinum. / Liliorum alb. cũ arom. / Philosophorum. / Rutaceum. / Rosmarini still. / è Terebinthina.

Decoct. carminativa pro clysterib.

Cu-

Cucurbita cum magna flamma.
Vnguentum Philagrios.
Baln. therm. sulph.
Luta therm.
Stillicidia { Earumdem aqu. / Ol. discutientium.
Suffumigium convenientis aqu. vel Decoct. in quo lapis Pyrites extinctus fuerit, addito aceto.
Vide Rubificantia, & Attrahentia.

ATTRAHENTIA.

Anemone.
Allium.
Anacardus.
Cucurbita magna cum flamma.
Cyclamen.
Cedria.
Dentillaria Rond.
Dracunculus uterque.
Euphorbium.
Fæx usta.
Fermentum.
Fimus columbinus.
Granum gnidium.
Iberis.

Laureola utraque.
Laserpitium.
Lepidium Pauli.
Nasturtium.
Piper aquaticum.
Pix.
Pyrethrum.
Ranunculus.
Sinapi.
Thitymalus.

Hæc quoque rubificantia vocantur à rubore, quem relinquunt in cute; & attrahentia, quæ materiam à centro ad circúferentiã ducunt.

HActenus de materiis præsidii respiciẽtis peccatum in qualitate. Qualitas verò peccans causa morbifica, vel est manifesta, vel occulta. Occulta est potissimum lues venerea, & scorbutus. Illi adversatur guajacum, sarsa-parilla, Mercurius. Huic cochlearia Batavica, Cepea Matth. Alia alexipharmaca communia, & propria descripta sunt superiùs. Qualitas manifesta vel est prima, vel qua ex primis oritur. De primis dictum

ctum est inter alterantia. Secundæ sunt crassities, tenuitas, lentor, durities, acrimonia. Quibus opponuntur attenuantia, incrassantia, incidentia, detergentia, emollientia, grumos dissolventia, mulcentia.

ATTENVANTIA, SIVE Λεπτύνοντα.

Attenuantia crassos humores dividunt, vel sola partium tenuitate, ob quam sese insinuant in penitiores humorum partes, quas ideo suo motu separant, ut acida, vel caliditate simul, & partium tenuitate, quæ sine siccitate esse nequit. Quare acria omnia, & mordentia gustū & olfactum, ut sunt aromata, præcipuam vim habent attenuandi, ac omnino calida, & sicca à secundo ad tertium gradum cum partium tenuitate. Amara verò, salsa, & nitrosa non attenuāt tantùm sed & abstergunt. Sunt igitur facultate attenuandi prædita omnia diuretica, sudorifica, digerentia, discutientia, exobstruentia, menses moventia, calculum frangentia, pituitam, & melancholiam præparantia, ut non sit necessarium propriam

attenuantium tabulam construere. Sufficit observare aliqua attenuantia esse frigida, aut temperata, quæ sunt partium valdè tenuium.

INCRASSANTIA.

sive Κλειστικὰ.

INcrassantia tenues humores cogunt, uniunt, & quasi compingunt, vel tenuis partis absumptione, cujus causa terrestrior diffluere desinit; magis igitur unitur, & incrassatur: vel tenuium partium adhæsu, & veluti conglutinatione. Absumitur pars tenuis, cum à calido resolvitur, vel frigido exprimente, & condensante. Quocirca triplex erit condensantium ordo.

Primus frigidorum, sive sicca sint, sive humida: magis autem incrassant frigida, & sicca modò sint crassarum partium, ut glutinantia omnia austera, & acerba.

Secundus est calidorum crassarum partium, quæ minus propriè incrassant cùm humor priùs fundatur, & tenuetur à calore, quàm tenuium partium resolutione spissior fiat à calore. Ideo etiam frigido existente humore non ad modum tutum

zutum judico calidoribus uti, nisi abstingẽdi vim habeãt, vel frigidis retũdantur.

Tertius est eorum, quæ vi emplastica, & glutinositate adhærent, unde peti debent incrassantium materia ex tabulis abstringentium, glutinantium, epuloticorum, emplasticorum, arteriacorum, expectorantium bilem, sistentium fluxus, repellentium, & soporiferarum.

INCIDENTIA.

INcidentia conveniunt facultate cum attenuantibus, cùm lentor, & crassities sese mutuo comitantur, ac eadem ratione partes crassa, & glutinosæ dividuntur, atque abscedunt a medicamento calido, partiumque tenuium sese insinuãte in crassi, viscidique humoris substantiam. Differunt tamen incidens, & attenuans facultatis ratione; nam ut multis divisionibus, quod priùs hærebat friabile evadit, dicitur incidi; idem ut sub eadem facultate majorem occupet locum per divisionem, dicitur attenuari. Vnde licèt lentor, & crassities differant, cùm non omnia crassa sint viscida; vix tamen dif-

ferunt

ferunt generationis modo, & remedio, nisi quòd viscida non solùm attenuari, & incidi, sed detergi quoque postulant, quod in crassis minimè impactis humoribus nõ est necessarium. Constat ex dictis, attenuantia esse minùs calida incidentibus, cùm agrius dividatur glutinosum, quàm simpliciter crassum, deinde dulcibus, insipidis, abstringentibus non esse vim incidendi.

DETERGENTIA, SIVE Abstergentia, seu

Ῥύπτικα.

DEtergentia, seu abstergentia sunt quæcunque attenuandi, & siccandi vim habent glutinositatis, & adstrictionis expertia, aliqua tamen partium crassitie prædita sunt, cuius beneficio aliquam moram trahunt, quodque adhæret, aut impactum est, melius abstergunt, ut de exobstruentibus dictum est, detergunt præcipuè amara, nitrosa, & acria, omninò quæ aliquam habent partium crassitiem, estque eorum usus ad obstructiones adimendas, de quibus jam dictum est, vel

ad

ad cutaneas affectiones, & ulcera, quorum aliqua inter sarcotica numerantur, sed ad uberiorem materiam, non erit inutile, accuratam eorum proponere seriē, ut pro necessitate ad usus diversos accomodari possint.

CALIDA IMBECILLITER detergentia.

Alisma.
Acetosa.
Amygdalæ amaræ.
Aparine. *
Apiastrum.
Anagallis.
Brassica sativa.
Butyrum.
Chondrilla.
Cicer.
Camphora.
Ceterachum. * +
Digitalis.
Eupatorium.
Fabarum cort. flor. farina.
Ficus.
Fœnugræcum.
Glandes. Gra-

Gramen.
Granum infectorium.
Hordium integrum, & fate.
Jasminum.
Intybus omnis. *
Lampsana. *
Lentium ius.
Leucoium.
Lilium album.
Lichen.
Lapathium omne. *
Lithospermon.
Lini semen.
Lichnis silvestr.
Lotus silvestr.
Lupulus *
Malua. *
Mora matura.
Mori rad.
Myrrha.
Nymphææ sem. rad.
Oenanthe.
Orobi farina.
Osiris.
Parietaria.
Pentaphyllon. *

Paliu-

Paliurus.
Papaver spumeum.
Plantago sicca.
Pistachia.
Populus alba.
Polypodium.
Primula veris. *
Pruna.
Ptisana.
Rapus sylvestr.
Ranunculus.
Saccharum.
Siliquæ.
Sambucus.
Symphitum petræum.
Serum lactis. *
Stœchas.
Styrax liquida.
Tormentilla. *
Trichomanes.
Verbenaca.
Veronica.
Verbasci fol.
Vitis vinifera.
Viscum.
Viola alba.
Vlmus.

COMPOSITA.

Aqu. { B. Virginis. / Acidæ therm. / è Thecis fabarum.

Furfur.

Caries lignorum.

MEDIOCRITER DETER-
gentia.

Abrotanum.

Absynthium.

Aloe.

Arctium.

Argemone.

Aristolochia.

Arundo.

Asarum.

Asparagus.

Atriplicis sem.

Aqua { Olivarum salitarum. / Piscium salitorum. / Marina. / Panis calentis stillata.

Aquæ { Tertuccianæ. / Capheronianæ. / Thermales nitrosæ.

Abietis cort. lachryma.

Arthe-

Arthemisia.
Balsamum.
Bdellium.
Bera.
Betonica aquat. Dodon.
Brassica silv.
Bulbus esculentus.
Buccina.
Cancamum.
Capparis.
Cardamomum.
Cardui succus.
Carpesium.
Calamenthum.
Centaurium majus.
Chamedrys.
Chamæleon.
Chelidonium utrumque.
Chalybs præp.
Cinnamomum.
Circæa.
Citriaciditas. *
Clinopodium.
Cornu cervi ustum.
Conyza.
Costus { Aromaticus. / Hortensis.

Colymbades.
Crocodilium.
Cuscuta.
Cuminum sat.
Ebenus.
Dictamnus Creticus.
Eupatorium { Mesue. / Avicen.
Filix.
Fumaria bulbosa.
Gentiana omnis.
Gutta ammoniaca.
Hedera { Terrestris. / Muralis.
Heliotropium.
Hemorocallis.
Hyacinthus.
Iris.
Isopirum.
Juniperi baccæ.
Lauri fol. & ol.
Leucacantha.
Libanotis alr.
Limonum aciditas.
Lupini.
Marum.

Marrubium utrumque.
Melanchium.
Mel { Simplex. / Rosat.
Mercurialis.
Myrrha.
Myrrhis.
Miagros.
Mulsa.
Narcissus.
Nepetha.
Nigella.
Orminum sativum.
Olus atrum.
Ononis.
Onosma.
Origanum.
Panacis radix.
Parthenium.
Pastinaca silvestr.
Palma Christi.
Pœonia.
Peucedanum.
Phu ponticum.
Piper.
Poterium.

Pollum.
Polygonatum.
Porrum.
Pulegium.
Pseudodictamnum.
Raphanus.
Resinaceus spiritus.
Rha { Barbarum. / Ponticum.
Ruscus.
Rubia.
Sabina.
Salvia.
Scandix.
Scordium.
Scabiosa omnis.
Sideritis.
Siser.
Sisimbrium.
Sphondilium.
Stœchas citrina.
Thamarix.
Thlaspium.
Terra { Chia. / Melitea.

Terebinthus.
Testiculus canis.
Tordilium.
Trifolium.
Tragoriganum.
Trifolium bituminosum.
Vitex.

EXTRINSECVS.

Agaricus.
Argenti spuma.
Asphodelus.
Atramentum script.
Cadmia.
Centaurium min.
Chamelæa.
Colocynthis.
Cyclamen.
Cnicus.
Cucurbita usta.
Cucum. silv. rad.
Daphnoides.
Dryopteris.
Elaterium.
Ebulus.
Fuligo. { Camini. Thuris.
Genista.

Geniſta.
Glans unguent.
Halcyonium.
Hyppopheſtum.
Lapis { Aſius. / Oſtracites. / Ophites. / Thyites.
Lac virginale.
Lithargyrum.
Mandragora.
Oleum { Amigd. amar. / Balſaminum. / Camphoræ. / Tritici. / Terebinthinæ. / Tartari. / Colocynthidis. / Guajaci. / Nucum ranc.
Pancratium.
Peplis.
Peplus.
Pithyuſa.
Pix quæcunque.
Purpura.

Resinæ omnes, & earum oleum.
Recrementum plumbi.
Ricini sem. & fol.
Sagapenum.
Salicis virentis aqua.
Scammonea.
Sepia usta.
Spodium.
Tabacum.
Thalictrus.
Thymelæa.
Thus.
Thuris manna.
Testa { Purpurarum. / Buccinarum. / Cancrorum. / Cochlearum. / Marinarum.
Thuris fuligo.
Vitis { Silvest. / Rad. albæ. / Nigra.
Vrina.

Vide Sarcotica.

VALENTER EX-
trinsecùs.

Ærugo.
Æris squamma.
Aqua calcis.
Aron.
Arisarum.
Æs ustum.
Cathæretica omnia.
Chamesyce.
Calx viva.
Cedrinus liquor.
Chrysocolla.
Cinis sarmentitius.
Chamædaphne.
Clematis alt.
Dracunculus ma.
Diphryges.
Euphorbium.
Fel.
Fæx usta.
Flos æris.
Lapis { Armenus. / Cyanæus.
Melantheria.
Misy.
Nitrum.

Nitrum.
Nitri spuma.
Papauer cornicularum.
Salis spuma.
Sesamoides vtraq;.
Sandaracha.
Stibium vstum.
Staphisagria.
Sulphur.
Thapsia. Tithymali.
Veratrum utrumque.

INTRINSECVS.

Alium.
Botrys.
Cannabis.
Cæpa.
Charta vsta, & eius troch.
Enulæ rad.
Hedisarum.
Hyssopus mõt.
Irio alt. Matth.
Lanaria herba.
Lactuca silu.
Lepidium vtrumque.
Melana cardinum.

Nasturtium.
Oxymel scill.
Hydropiper.
Ptarmica.
Pyrethrum.
Raphanus silu.
Sal { Fossile, & mar. / Chym. omne.
Satureia.
Saponaria.
Scylla.
Sulphur. flol.
Thlapsi.
Thymus.
Vrticæ semen.
Zingiber.
Plura pete ex titulo exobstruentium, Sarcoticorum, Cathæreticorum, Præparantium pituitã. Frangentium lapides.

EMOLLENTIA, SIVE Μαλάκτικα.

Emollientia induratis opponũtur, ca. terùm cùm duræ fiant tẽsione, siccitate, &

te, & concretione, propriè emollientia dicuntur, quæ concreta fundunt, & liquant; nam quæ tensionem tollunt, vacuantia genere comprehenduntur, quæ verò siccitatem subalternantibus humectantibus adtexentur. Verùm licet emollientia calida sint, cùm fiat concretio à frigore, non est tamen omnium idem gradus caloris, nec idem modus passiuarum qualitatum. Quæ concreta sunt cum aliqua plenitudine, postulant calorem secundi, & tertij recessus, vt vincere possit humiditatem humoris concreti, & quod l. quatuor discutere, ad quod necessaria est siccitas, quæ primum gradū non superet, alioquin parte tenui resoluta, redderetur materia durior. Vbi non est annexa plenitudo, emollitio fit moderatio calore fundente, & aliqua humiditate, quia siccitas duritiem efficeret. Illa conueniunt tumoribus scirrhosis: Ista mitiorib. affectibus, sub quibus dulcia, pinguia omnia recēseri possūt. Sed vt distinctius enumerari valeāt, ista mediocria, illa strenua emollientia nūcupētur inter

quæ aliqua etiam est latitudo, quæ à simplicium perito facilè distinguetur.

EMOLLIENTIA MEDIOcria, siue.

Μαλακτικὰ. seu Μαλάκτικα.

Althææ rad mucilag.
Atriplex.
Amygdalæ dulces.
Beta alba.
Borrago, & rad. mucilag.
Branca vrsina.
Brassica.
Bugloſſum.
Butyrum.
Caricæ pingues.
Chamæmelum.
Ficus maturæ.
Fœnugræcum, & eius mucilago.
Goſſipij ſem.
Iuiubæ.
Lac.
Liquiritia.
Lini ſem. & mucilago.
Lilij flos, & rad.
Malua, & eius mucilago, & cõſerva.

Mali

Mali cydoniorum sem. & nucilago.
Melilotus.
Nux auellana.
Passulæ.
Parietaria.
Sapa.
Sesamum.
Satyrium omne
Vinca peruinca.
Viola purpurea.

EXTERNA.

Adeps { Humanus. Vitulinus. Gallinaceus. Suillus. Anatis. Taxi.

Aqua repens.
Balanus myrepsica.
Cassiæ fistulæ pulpa.
Cera noua.

Cerat. { Diapente. Oxelæum. Sacrum. Citrinum.

Emplastr. { de Meliloto simpl. & comp. cum Diachylon. gũ. Vigon.

Hydrelæum.

Lanarum tertia lotura.

Lana succida.

Mellis favus

Medulla { Ceruina. Vitulina. Bubula.

Oesypus.

Omentum castrati.

Ol. { Amygd. dulc. Maturum. Liliorum alb. Sem. lini. Sesaminum. Chamæmelinum. Anethinum. Balaninum. Iasmini.

Sebum { Caprillum. Hircinum. Taurinum.

Vnguentum de Althæa.

Vide digerentia debilia.

EMOL.

EMOLLIENTIA STRENVA.

Ammoniacum.
Cœpa cocta.
Crocus.
Hippoglossum.
Libanothis.
Salsa-parilla.
Scylla.
Adeps { Anserinus. / Ceruinus.
Aqua therm. bituminosa.
Bdellium.
Bitumen.
Bryonia.
Ceratum citrinum Aq. Pendens
Empl. { Ceroneum. / Martiatum. / Barbarum.
Galbanum.
Hemerocallis.
Hyacinthi radix.
Iridis flos, & rad recentes.
Lapis { Gagates. / Alabastrites. / Thracius.

Luta bituminosa.
Narcissi rad.
Ol. { Nucum. / Stellionum Sax. / Narcissinum. / Irinum. / Cyclamineum. / Amoniaci.
Opopanax.
Petrolæum.
Pix arida.
Pancratium.
Resina omnis.
Stercus bubulum.
Tabacum recens.
Suffumigium lapidis Pyritis conuenienti Decoct. extincti.

Vnguentum. { Resumptivum. / Agryppæ. / de Arthanita. / Tetrapharmacum.

GRUMOS DISSOLUENTIA.

Grumos dissoluentia, licèt sanguini, lactique concreto aduersentur, vt eo nomine videri possint ad emollientium

tium ordinem pertinere, differunt tamen aliquarationē nam sanguis & lac proprii caloris defectu concrescunt in grumos, undè postulat vtcunq; calefacientia; sed tenuium partium valideq; incidentia, & attenuantia quia hæc concretio non fusione, quæ in veræ emollitione fit, sed partium attenuatione, penetratione, & separatione perficitur. Sed alia quoq; lacti convenit concretio, quæ in caseum mutatur caseatio dicta, quæ fit à calore valido, serum separante à crassiori parte, vt propterea longè diuersa sint medicamēta dissolventia lac caseatum ab illis, quæ grumos emendant: frigida enim, & humida esse debent cum aliqua partium tenuitate: porrò licèt eadem conuenire possint grumoso sanguini, & lacti, cùm eodē modo fiant, quædam tamen cōuenire singulis peculiariter obseruatur.

AD GRUMUM SANGVINIS.

Acetum scyllit.
Aqua stillata è cort. nucū.
Amaræ dulcis dec.
Aristol. rot.
Baccaris rad.

Canthatides.
Coagulum leporis.
Cãcrorum fluuiat. puluis.
Cyclam. aqu. ſtill. cum ſaccharo.
Lac ficulneum.
Lixiuium { Iuniperinum. / Sarmentitium cum ſale, & melle.
Mummia.
Oxymel ſimpl.
Poſca.
Satureia.
Spiritus { Sălis. / Tartari. / Terebinthinæ.
Sales chym. ex diuret.
Thymus.
Vincetoxici rad. ex vino.

AD GRVMVM LACTIS.

Apij hort. ſuccus.
Apium montanum.
Cyminum cum aceto.
Ficulneum lac.
Hydromel.

Immo-

Immoniacum cum assa fœtida.
Lentium farina.
Menthæ recent. fol.
Ruta per se, aut cum aceto.
Quibus emollientia miscere confert.

Maluæ.
Althææ cum rad.
Apii.
ℨ. fol. Acetosæ.
Lini.
Fœniculi ana M. i.
Lauri.

Florum Camæmelli ana p. i.
Aqu. commun. Libr. 6.

Bulliant ad consumptionem tertiæ partis pro fomento, ex residétia fiat cataplasma.

AD LAC CASEOSVM.

Frigida, & humida cũ aceto addita.
Furfures cum aceto cocti.
Mentha cum aceto.
Halicacabi fol. cum brassica, aceto, & Posca.
Propriè emollientia cum aceto.

Leni-

LENIENTIA.

LEnientia acrimoniam leniunt humoris, sensumque partis ex asperatū demulcent, vel temperata humiditate, vel glutinositate, quæ emplastica dicūtur. De glutinosis iterum erit sermo; simpliciter vero epiceraſtica, quæ non tam glutinositate, quam temperata humiditate acrimoniam retundunt. Sunt

Albumen oui.
Agni caput.
Amygdalæ dulces, & earum lac, & oleum.
Amylum.
Althææ rad. mucc ag.
Aqua oui.
Butyrum.
Caſsiæ pulpa.
Hordeum deglubitum, & aqua eius.
Halicæ cremor.
Hyoſciami albi cremor, & oleum.
Iuiubæ.
Ius pingue intestinorum.
Lactuca, & eius sem. Lac

Lac omne.
Lactis serum.
Lac Sonchi.
Malua.
Mucilago { Semin. psyllij. / Sem. lini. / Sem. Cydon. / Sem. & radic. alth. / Semin. & radic. maluæ. / Rad. borrag.
Nymphæa.
Oryza.
Oleum { Amygdal. dulc. sine igne extract. / è Nucleis pini. / Sacchari per deliquium in ouo. / è Sem. papaueris. / è Sem. melonum. / è Sem. cucurbitæ. / Sesaminum. / Violatum. / Dulce.
Poma dulcia.
Sebesten.
Semperviuum, Sem

Sem. frig. ma. emulsio.
Solani halicacabi baccarum succus.
Tragacantha.
Vituli pedes, & caput.
Viola purpurea.

COMPOSITA.

Conserua { Maluarum. / Violarum.
Diapenidium.
Diacodium.
Diapruunum.
Diatebesten.
Mel violatum.
Syrup. & sacchar. violat.
Syrup { de Liquiritia. / de luiubis. / de Papauere. / de Portulaca.
Plumbi oleum.
Olea dulcia in mortario plumbeo agitata.
Vnguentum rosat.

MATERIÆ REMEDII RESPICIENTIS causam morbificam substantia peccantem.

Causa

Causa peccans substantia, seu toto genere præter naturam est calculus, vermis, pus, corpora vulneribus infixa, lac, & semen, cum nacta sunt corruptionem.

CALCVLO.

Conueniunt saxifraga.

VERMIBVS.

Opponuntur ipsos enecantia.

PVRI INCHOATO.

Adiuuantia ipsum, vel suppurantia.

Infixis vulneribus.

Extrahentia

SEMINI, & LACTI DEFICIENTI.

Producentia semen, & lac, quibus opponuntur eadem extinguētia, quando superfluunt.

FRANGENTIA.

Lapidem.

Lithontriptica à frangendo calculo nomen sumunt, ea vero duplicis sunt generis.

Alia enim dicuntur agere occultis viribus, alia manifestis. Hæc rursus divi-

dividuntur in propria, & in impropria. Impropria sunt in triplici differẽtia. Alia asperitate sua abstergunt, lapidisq; atterunt superficiem; alia lapidem nondum benè compactum dissoluunt insigni caliditate, partium tenuitate, ac insigni facultate incidendi, qua materiam crassã, haud probè induratam permeant. Quæ omnia lapidi iam facto, induratoque vehementer obsunt, quia nimia caliditate, & siccitate lapidem magis indurant. Alia deniq; lapidem comminutum expurgant, atq; adeò arenulas, qualia sunt diuretica omnia, quæ vim habẽt abstergẽdi.

At proprie lithontriptica lapides iam induratos comminiunt, suntque tenuiũ partium, vt penetrent ac se se insinuent in lapidis penetralia. Sunt humida, vt siccatam materiam molliant; denique sunt moderatè calida, vt attenuent quidem, siccatam autem materiam indurare nequeãt.

Quæ occultis agere facultatibus creduntur, hæc sunt.

Lidiv.

λιθότριβα.

VIRIBVS OCCVLTIS AGENTIA;

Apri dentis puluis.
Cicadæ vstæ cinis.
Caudæ tremulæ, seu passerculi troglodytici cinis, & caro.
Erinacei cinis.
Galli decrepiti sanguis.
Lucii piscis ossa capitis puluerizata.
Leporis vsti integri cinis.
Lumbricorum terrestrium cinis.
Lapis { Iudaicus. hepatis apri. Lyncis.
Sanguis { Hirci nutriti saxifragis per mensem. Vulpinus. Leporinus.
Scarabæorum cinis.
Scorpionum cinis.

℞. Sang. hircini simpl.
Myrrhæ el. ana drach. ss.
M. & da ex conuenienti liquore.

℞. Sanguinis è viua vulpe.
Viniana partes æquales.

Coque

Coque lento igne in olla vitriata ad formam pultis, huius da per nouem dies drach. ʒ.

Propriè Lithontriptica.

Aceroſæ rad.
Adianthum.
Althææ ſem.
Abutyli Avic. ſem. ℞ ad drac. 1. ex vino.
Amygdalæ amaræ.
Aqua fluens ex perforato betulæ caudice.
Betonica.
Balſamum potum ad dr. ß.
Borax officin.
Caryophyllatæ ſilu. rad.
Cannarum rad.
Ceraſorum nuclei.
Criſtalli liquor.
Conſolidæ Regalis flor.
Damazonii rad.
Gummi ceraſi.
Graminis rad.
Herniariæ ſuccus ex vino albo expreſſus.

Muſci

Aselli vino albo generoso diligenter abluuntur, exsiccantur in furno in olla noua vitriata. Iterum funde vini generosi quantum possunt imbibere: Rursus sicca, vt prius. Quarta vice irrora puluerem aqu. fragorum, ol. vitrioli scrup 1. permisce invicē, & rursus sicca, tum redigito in puluerem, & in vase vitreo serva. Augen. Tom. 2. Epistol. l. 9. fol. 131.

Nuclei persici.
Noctilucæ cinis.
Oxyà canth. Matth. acinus.
Oleum { Succini intus. & extra. / Cydon. Mercati.
Datur ad vnc. 1. ß. singulis septimanis.
Parietaria.
Persici lachryma.
Pimpinella saxifragia
Polium.
Ruta marina.
Rubi rad.
Rumicis rad.
Sium.

Salsaparilla

Salsaparilla.
Solani vesicarij fruct.
Sal prunellæ.
Smirnii sem.
Saxifragiæ rad.
Vrticæ rad.
Violæ purpur. sem.

Extrinsecùs.

Oleum { Scorpionum. / Geniſtæ. / Succini.

COMPOSITA EXPERTA.

℞. Millepedum præpar. drach. 1.
Aq. vitæ vnc. ſſ.
Affundatur iuris Cicerum rubeorũ calefacti vnc. 10 vt ſumatur tepidũ hor. 6. ante cibum per 7. aũt nouem dies, Augenii.

ALIUD.

℞. Boracis drachm. 1.
Aq. ard. q. ſuff. m.

ALIVD.

℞. Sẽ. violæ purpu. vnc. ſſ. cũ aqu. veronicæ, fiat emulſio dãda per 19. dies.
Secretum Maximiliani Cæſaris.

ATTERENTIA LAPIDIS.

Superficiem.

Auell. silu cortex.
Alcionium tertium.
Cornu humanum.
Cortex ouorũ calcinatus.
Lapis { Spongiæ. / Vesicæ. / Gallorum. / In felle bouis repertus. / Ex cap. limacum. / Astacorum. / Lyncis. }
Mespilorum ossa puluer.
Operculum testudinum.
Succinum calcinatum.
Vitri ritè vsti cinis.

DISSOLVENTIA LAPIDEM adhuc mollem.

Acetum scillit.
Anisum.
Ammi.
Bilinguis.
Calcitrapæ aqua stillata ad vnc. 2.

Cortex

Cortex rad. lauri.
Cantharides.
Dianiſon.
Eryngii rad.
Elect. { Iuſtinum. / Lithontriboon.
Gingiber.
Irionis vtriuſque ſem.
Lappæ min. ſem.
Lignum nephrit.
Menthaſtrum.
Myrrha.
Mithridatica confectio.
Nigellæ ſem.
Peucedani rad.
Perſicaria ſiliquoſa.
Oxymel ſcyll.
Raphani in cumulum ſalis conjecti liquor.
Ruta vtraque.
Spiritus { Vitrioli. / Salis. / & ol. Terebinth.
Siſimbrium.
Tabaci indici pulu. drachm. 1. cum vi-

vino, aut aqua saxifragiæ.
Tragoriganum.
Theriaca vetus.
Trochisci { de Myrrha. / de Lacca.
Tartarum vitriolatum cum aqua saxifragiæ.

EXPVRGANT LAPIDEM comminutum omnia Diuretica, vim abstergendi habentia, vt sunt mox enumerata, & præterea.

Althææ flauæ sem.
Auell. corte x.
Capparis cort.
Cardui Full. rad.
Cicerum ius.
Fraxini sem.
Ficuum grana.
Genistæ rad. cort.
Gladioli rad.
Heleniir ad. Irio.
Lachryma { Concrescens in caudice / Abigena. (vitis.
Milium Solis.
Maluæ sem.
Raphani cort. Rubia.

Rubia.
Terebinthina cocta cum aqua saxifragiæ.
Salia chymica ex diureticis parata.
Virga aurea.

ELECTVARIVM NOSTRVM.

℞. Tabaci Indici.
Myrrhæ.
Boracis.
Sem. irionis ana drach. I ſſ.
Sem. fœnic.
Apii.
Abutili ana drach. I.
Mithrid. confect. vnc. ſſ.
Oxymel ſcyll. vnc. 3.
M. f. elect.

Vel

℞. Pulu. menthaſtri.
Cortic. ad. lauri.
Virgæ aureæ an. drac. I.
Sem. ammeos ſcrup. ſſ.
Cum oleo terebinthinæ, fiat puluis.

VERMES NECANTIA.

VErmes necantia vitæ adverſari debent, quæ cùm fundetur in calore

lore humido, quæcunque refrigerant, ut acida, & austera; item omnia insigniter exsiccantia, licet non refrigerent, ut amara, acria falsa vermes enecant; sed nonnulla id præcipuè præstant, adnotata asteriſco, ut ea non manifestis qualitatibus quis agere suspicetur, sed toto temperamento, esseque vermibus venena. Interfestos verò vermes expellunt acria, & amara, quæ expultricem irritandi, & abstergendi vim habent; sed præcipuè quæ prædictis qualitatibus prædita vim præterea soluendi obtinuerint, quæ etiam interficiunt. Inter necantia, quædam latiùs lumbricis aptata sunt, quæ hoc signo* exprimuntur, alia teretibus, & ascaridibus magis conveniunt; at quæ notantur, & veluti venena sunt vermibus, sine discrimine usurpari possunt.

SVNT ERGO NECANTIA VERMES.

Absinthium omne.
Abrotanum.
Acida, & amara.
Acetum, max. ros. *
Aurantii succus.

Aciditas { Citri. / Limonum.

Amygdal. amar. ol.

Allium.

Atramentum sutor. *

Aqua { Rosacea. / Cord. Saxon. / Cardui sancti. / Rutæ caprat. / Graminis.

Baccæ lauri.

Brassicæ sem.

Bistorta.

Bolus Arm.

Cardamomum. *

Cornu cervi. *

Cortex quercus.

Cardiaca herba.

Citri sem.

Caryophyll. flos.

Carduus benedictus. *

Cannabis. *

Chamædrys.

Corallina. *

Costus.

Cyminum.

Dicta-

Dictamnus albus.
Erucæ sem.
Eupator. Avic. *
Enulæ recens succus.
Filicis fœm. rad. *
Gentianæ rad. *
Galega. *
Gram. rad.
Hyssopus.
Hypericum. *
Heliotropium ma. *
Lupuli sem.
Lixivium dulce.
Lumbricorum terr. pulvis
Lupini.
Mali punici rad. dec. *
Mori rad. cort. dec. *
Melanthii sem. *
Mercurius purg. *
Myrrha.
Marrubium.
Nux iuglans. *
Nasturtium.
Oleum è sem. citri.
Omphacium.
Portulacæ succ. & sem.

Perſonata
Petaſitis. *
Pſeudocoſti rad.
Perſicorum nuclei.
Pſeudomelanthii ſem.
Ruta.
Securidacæ ſem.
Scordium.
Siſymbrium.
Stœchas citrina.
Satureia.
Spiritus } Vitrioli. *Sulphuris.*
Terra ſigillata.
Tabaci ſuccus.
Thymus.
Tormentilla.
Vrticæ ſemen.
Vnicornu.
Vernix.
Vincetoxici rad.
Vinum { Abſynth. In quo maceratus eſt Mercurius benè purg.*

COM-

COMPOSITA.

Syrup. { de Absynth. / de Agresta. / de Acidit. citri.

Oxymel scyll.

Troch. { de Myrrha. / de absynth. / de Rheo.

EXTRINSECVS.

Vnguentum de Arthanita.

Fel bubulum.

Aloe.

Myrrha.

Oleum { è Colocynthide. / Scorpion. Matth. / Ricininum. / Magni Ducis.

Persici fol. ex aceto trita.

EXPELLVNT PRÆTE AMARA.

Aloë

Aquæ Tettuccianæ.

Centaurium min.

Colocynthis.

Cyclamen.

Gratiola.

Lapis { Armenus. / Lazuli præp.
Persici flor.
Rheum.
Rosæ moschetæ.
Tabaci succus.
Thamarindi.

COMPOSITA.

Pilul. { de Aloe. / Ruffi. / de hiera simpl. / Mastichinæ.
Hiera simpl.
Hieræ magnæ.
Trochisci Alandali.

LAC GENERANTVR

γαλακτοποιούντα.

Lac generantia tot sortiuntur differentias, ob quas lac deficit, pro quarum varietate mutanda est materia remedii, deficit autem lac, vel quia sanguis non trahitur à mammis propter impuritatem, vel quia non transmittitur, aut ob inopiam, aut quia alio conversus, ut in animi perturbationibus,

bus, aut quia ob crassitiem hæret in itinere, accedit imbecillitas fœtus, cuius invalida suctione ubera sanguine non replentur. Itaque lactis ubertatem præstant, quæ copiosum sanguinem gignunt, impurum emendant, ad mammas trahunt, fluxilem reddunt, fundunt, ad ubera impellunt. Quæ plurimum sanguinem procreant, alimẽta boni, & multi succi omnibus Lactantibus utilia sunt.

LAC GENERANTIA PRÆCIPUA SUNT.

Amygdalæ dulces.
Amygdalarum.
Cerebra animalium.
Caro avium, aliorumque animalium boni succi.
Lac.
Nux pinea.
Ova { Gallinacea. / Perdicum.
Oryza cum lacte cocta,
Pistachia.
Puls ex ovis, vino, amygdal. & nucleis pini.
Vinum album dulce tenue.
Vbera animalium lactantium.

FVNDENTIA SANGVINEM.

FVndentia sangvinem calida sunt, partiumque tenuium, & vel humida, vel moderatè sicca, ut digerere, & absumere sanguinem nequeant.

Anethi vir. dec.
Apii virentis dec.
Omnia decocta fiant ex iure carnis.
Aqu. hordei cum fœnic.
Brassicæ recentis ius.
Cicerum decoct.
Circææ sem.
Cytisus.
Crystalli pulu.
Glans.
Lac lunæ vocatum ex alpium cavernis derasum.
Lini semina decocta vel melle excepta.
Lumbricorum decoct. in iure carnis.
Maluæ decoct.
Polygala.
Ptisana cum fœn. coct.
Sesamum.

Trago-

Tragopogi cœrulei rad. decoct. in iure, condita gingibere, comesa.
Vinca pervinca.

DEPVRANTIA SANGVINEM.

IMpurus sangvis emendatur primò purgatione, deinde alteratione, & adæquatione qualitatis peccantis, ob quam causſam, quædam valdè calida in habitu ſcilicet pituioſo, quædam aquè frigida; In habitu enim bilioſo ad lactis generationem commendantur.

DEPVRANTIA CALIDIORA.

Anethi vir. dec.
Aniſi ſem.
Agni caſti ſem.
Erucæ ſativæ dec.
Fœnic.
Nigellæ ſem.
Ocymum.
Polium virens.
Porrum tritum, atque dilut.
Sium virens.
Smyrnium virens.

FRIGIDA.

Aqua hordei.
Corallii pulu.
Lactucæ decoct.
Polygoni decoct.
Sonchi succus.

DEnique trahitur sangvis ad mammæ suctione ex papilla, aut cucurbita admota levi frictione, & contrectatione mammarum, appositione rarefacientium, & tandem (aliis nil proficientibus) dropacibus, & sinapismis relictis ad partis usque rubo rem, & levem intumescentiam.

LAC GENITVM EXTINGVENTIA.

γαλακτολίθοντα.

LAc genitum extinguentia, vel omninò a mammis arcentia, ita sunt divisa, ut aliqua sangvinis prohibeant generationem, cibi videlicet pauci, exigui, pravique succi. Alia genitum absumunt, pariterque lac, scilicet inedia, vigilia exercitatio, Phlebotomiæ, medicamenta calidæ, validèque siccantia. Alia denique impellunt sangvinem aliò, quàm ad mammas, sive adstrin-

gendo

gendo mammas atque repellendo, sive menstrua provocando, seu alio revulsorii genere ad infernas partes retrahendo, quorum remediorum materia ex aliis dictis nota est.

SEMEN AVGENTIA, SEV Σπερμάτικα, sive Aφροδίσια.

SEmen augentia confundi solent cum stimulantibus, ad Venerem, operis communione. Augetur semen mediante generatione optimi sanguinis, quem præstant alimenta optimi succi totis substantiis naturæ nostræ familiaribus, undè quando ait Galenus 5. simpl. 23. pro sem. generatione cibos flatuosos esse oportere, ac dari etiam medicamenta semen generantia, quæ calida sunt, ac flatuosa, sic est intelligendum, ut flatuamus cibos plurimi succi ratione flatulentia non conferre ad sem. generationem, sed ad virgæ erectionem. Medicamenta autem, si qua sunt semen generantia id præstare, qua parte nutriunt, quà verò medicamentosa sunt excitare semen. Excitant verò semen, stimulantque Venerem,

nerem, & calida cum quadam acrimonia, & flatuosa, quibus tamen non nimia siccandi vis sit. Nam omnia siccantia semen minuunt, Veneremque cohibent. Calida igitur, & acria titillationem duntaxat afferunt, flatulenta verò materiam prabent, qua possit fistulosum penis canalem implere, & distendere, ut propterea ad stimulantia Venerem pertineant quoque titillantia partes genitales, eoque sanguinem, & spiritum, elicientia, quibus omnibus nihil proficiant, si testium, quibus sanguis in semen mutatur, insignis aliqua subsit intemperies. Inter alimenta semen augentia, quamvis recenseri debeant omnia boni, & multi succi, sunt tamen ista usu expertiora, qua ferè omnia vim habent medicamentosam, semenque excitant.

SEMEN AVGENTIA SVNT.

Anatis caro.

Anseris } Caro. Lingua.

Allium.

Asparagus.

Amygdalæ dulces. Avel-

Avellanæ.
Bulbus esculentus.
Capus cum maci coctus.
Columbus eod. modo coct.
Cerebella passerum, Cyprinorum.
Cervi genitale.
Cinara.
Castaneæ.
Cæpa.
Cerevisiæ potus.
Cicer album.
Dactyli pingues.
Eruca.
Fabæ.
Hordeum.
Ius bubulæ conditum cinnamomo, & galanga.
Lac.
Mustum.
Napum.
Nux { Indica. Pontica. Pinea.
Ova sorbilia.
Pastinaca.
Poma dulcia. Pista.

Pistacia.
Phaseoli.
Perdicis caro.
Pulmo Arietis siccus, & assus.
Pisces ostracei cum pipere.
Polypus.
Porrum.
Rapa.
Selenum vulg.
Sepiæ.
Testium pulvis verris, qui cõiuerit. hic aliquot dies sumptus post purgationem fœcundos facit.
Testudo nemoralis.
Tauri genetale.
Testes gallinacei.
Turturis caro.
Tubera quæcumque.
Vva pensilis.
Vinum dulce odorum.
Pro condimentis sapa, & aromata conveniunt.

MEDIMENTA VENEREM STIMVLANTIA.

Anisi sem.

Bel-

Belzoinum.
Cardamomum.
Caryophylli.
Chrysocolla utraque.
Cinnamomum.
Crocus.
Costus dulc.
Cubebæ.
Fœnic. virens.
Eryngii ma. rad.
Galanga.
Gallii rad.
Gingiber.
Gladiolus.
Horminum utrumque.
Macis.
Melissa.
Mentha virens.
Napi semen.
Nasturtium.
Nux moschata.
Ocimum virens.
Ononis.
Piper longum.
Personæ rad.

Saty-

Satyrii canini ma. rad.
Scincus.
Sem. lini.
Stellionis puluis.
Vrticæ sem.
Xiloaloes.

COMPOSITA OFFIC.

Conserua Acori.
Diasatyrium.
Diamoschum.
Gingiber recens con.
Mithridatica confectio.

ALIA EXPERTA.

R. Pistachiorum vnc. 1.
Nucleorum pini unc. ß.
Diasatyrii drachm. 5.
Semin. erucæ drachm. 3. ß.
Chrysocollæ miner. drach. 1.
Piperis { Longi. / Nigri. }
Cardamoni.
Spec. diamoschi ana scrup. 1.
Cinnamomi drach. 2.
Mellis despum. unc. 5.
Fiat electarium, cuius detur unc. ß.

in lecti ingressu, delibando post assumptionem aliquid vini generosi.

ALIVD.

R. Sem. { Erucæ. Vrticæ. Anisi. Fœnic. Pastinacæ ana dr. ij.

Farinæ cicerum alb. unc. ß.
Nucis pineæ.
Amygd. dulc. ana drach. 2.
Extremit. scincidrach. 1.
Cinnamomi.
Galangæ.
Caryophyll.
Nasturtii.
Croci.
Piperis albiana scrup. 2.
Diasatyrii drach. 1. ß.

Trochiscor. { de Gallia mosch. Ambræ griseæ ana gr. 5.

Sacchari dissolut. in aq. ros. q. suff. fiant Morselli cum vino albo odor. quorum sumatur unc. 1. in egressu,

& in ingressu lecti, superbibendo aliquid vini generosi dulcis.

ALIVD.

R. Boracis offi.
Carnis scinc. ana. unc. ſſ.
Genitalis C. drach. 2.
Spec. diamoschi dulc. drach. 1.
Misce, fiat pulvis, cuius sumatur mane, & post cœnam drach. 1. ex tantillo vini.

ALIVD.

R. Cantharides ruptis alis num. 12.
Lactis unc. 5.
Sem. Ammeos scrup. ſſ.
M. dā tepidum ieiuno.

EXTRINSECVS.

Ol. { è Caryoph. / Costinum. / Raphaninum. / Sinapinum. / Formicarum. / Piperis. / Nucis mosc.

Quibus miscetur aliquid moschi zibetti.

Trochisci Galliæ moscat. Pulv.

Pulv. ſtellionum, & renes, genitalesque particulæ oblinuntur.

SEMEN EXTINGVENTIA SIVE

Σπερμαπαλίπτοντα.

SEmen extinguentia contrariis prædita ſunt virtutibus; alia enim ſeminis impediunt generationem, vel quia teſtium illius effectorum calorem exſoluunt, vel quia parvam, & pravã materiem ſuppeditãt ad ſanguinis generationẽ, eũque abſumunt ſenſibiliter aut inſenſibiliter, atque hæc ſeminis generationi impropriè adverſantur; alia genitũ ſemen abſumunt exſiccante facultate, ſive caliditate, ſive frigiditate coniuncta ſit, quarum ſilua immenſa eſt. Alia denique licèt non abſumant, reprimunt tamen, & ad Veneris irritamenta ineptum reddunt, idque præſtant flatus diſcutiendo ſemen coactum, & admotum inhabile reddendo, & venefica quadam vi ſemini contraria, genitivum ſpiritum, qui titillationis auctor eſt, extinguente, undè ſeminis venena quodammodo dici poſſunt. Hinc colligas, ſemen extingventium alia agere manifeſta,

nifesta, alia occulta qualitate. Illa sunt alimenta frigida pauci, & parvi succi, tum medicamenta vel calida, & strenuè siccantia, vel frigida, humida, siccave, quorum materia ex propriis tabulis nota est. Agentium verò occultiori qualitate, aliqua sunt calida, & siccantia, quæ ratione flatus discutiunt, semen absumunt, aliqua sunt frigida atque adeò calorem seminis obruentia.

SEMEN EXTINGVENTIA

CALIDA.

Agni casti sem. *

Sem. Rutæ.

Nepetha.

Iuniperi baccæ.

Zingiber.

FRIGIDA.

Citri aciditas, syrup & conserua.

Intestinorum gallinæ cinis.

Lactuca, & eius sem.

Lac acetosum.

Limonum succus.

Mandibulæ Lucii piscis.

Nymphæa, & eius conserua, & ol.

Papaveris albi sem.

Plantaginis sem.

Portu-

Portulacæ sem.
Salicis fol.

SVPPVRANTIA.

Πυκάντικα, seu Ἐκπυοντα.

Svppurantia, Barbaris maturantia, calorem nostri corporis adiuvare debent, cùm puris generatio media sit actio inter probam concoctionem, & putredinem. Adiuvatur calor nativus tripliciter, idooque tres suppurantium ordines statui possunt.

Prima, similitudine temperamenti partis calorem fovent, quæ licet respectu totius calida, humidaque sint (consistit enim vita in temperato calore, & humido) tamen respectu diversarum partium aliquam varietatem sortiuntur, cùm partes dissimile temperamentum nactæ sint. Propterea medicamentum suppurans in parte calida aliquanto debet esse calidius, in cute, & carne magis temperatum, in illis quæ frigida sunt temperaturæ temperatissimum. Atque hæc maximæ suppurantia appebantur.

Secundi generis medicamenta caloris influ-

influentis profluvium prohibent, Ideoque augent nativi caloris substantiam, occludendo, & offarciendo corporis meatus, qualia sunt emplastica, suntque minùs propriè suppurantia.

Postrema calorem augent, quatenus materiam, in quam agit calor, quòad fieri potest, æquabilem reddunt, eiusque excessus temperato calore eius calori repugnantes castigant. Quamobrem in humore admodum calido mixtum fit suppurans ex adiuvante calorem partis, & fervorem materia retundente. quod proportione intellectum volo in aliis humoribus. Atque hæc per accidens sunt suppurantia, variasque obtinent facultates pro vario excessu peccantis materiæ, quæ ex communioribus tabulis peti debent. Ex suppurantibus primi, & secundi generis, quæ calidiora sunt, conveniunt calidioribus tumoribus, quæ temperatiora aliis.

SVPPVRANTIA CALIDIORA SVNT.

Adeps { Anserinus. / Caprillus.

Bryoniæ rad. recens. Cœpa

Cœpa cocta.
Caricæ pingues.
Crocus.
Cucum. silv. rad.
Dactyli pingues.
Farina orobi.
Fermentum.
Fœnugræcum.
Ladanum.
Lini sem.
Lilii albi rad.

Ol. { è Sem. citri. / Sesaminum. / Anethinum. / Liliaceum.

Pix arida oleo liquata.
Resina quæcunque.
Styrax.
Thus.

SVPPVRANTIA TEMPERATA.

Adeps { Suillus. / Vitulinus. / Gallinaceus. / Taurinus. / Humanus.

Al-

Althæa.
Amygdalæ dulces.
Butyrum.
Cera flava.
Farina tritici ſine furfure cum aqua
Malua. (& oleo.
Maſtiche.
Oeſypum.
Ol. } Amygd. dulc.
} Commune.
} è Vitellis ovor.
} Butyri.
} Axungiæ cuiuscunque.
Panis moderatè fermentatus cum apua, & oleo.
Propolis
Sapa.
Sevum.
Vittelli ovorum.
Diachylum ſimplex.
Anguentum } Pectorale.
} Reſumptivum.

CALORIS EXPERTA.

Aqua calida perfuſa.
Farina hordei. Hydre-

Hydrelæum.
Lac.
Malacydonia cocta.
Viscus pomorum.
Emplastrum ex pane cocto cum lacte & oleo rosato.

EXTRAHENTIA.

EXtrahentia, quæ vulneribus infixa hærent, cùm maximè agant totius substantiæ similitudine, sit autem rerum inter se dissidentium non eadem proportio, in tot secari debent differentias, quot sunt corporum extrahendorum proprietates. Quia tamen istorum indefinitus est numerus, nec satis constat cuiusque medicamenti epispastici cum extrahendo corpore analogia, præstat eam dividendi rationem inire, quæ in alexipharmacis recensendis observata est, ut extrahentium alia statuantur indeterminata, alia determinata; quæ quibuscunque rebus præcipuè conveniunt ut plurimum vulneribus infiguntur res ferreæ, plũbeæ, lignea, Palea, herbarumque cauliculi; & hæc vel sincera, vel veneno infecta.

Venenum extrahunt tabacum, dictã-num, & propria cuiusque veneni alexi-pharmaca. Ferrum trahitur magnete præparato, plumbum lingua vulpis, si vino rubro decoctionis aristolochiæ & ser-pentariæ madefacta vulneri applicetur. Paleam, herbarumque cauliculos allic-iunt succinũ, & lapis lyncis officin Lig-neis instrumentis conveniunt extraben-tia indeterminata, quorum utilis quoque est permixtio cum determinatis.

SVNT AVTEM EXTRA-hentia.

Anagallis utraque.
Arundinis rad.
Aristolochiæ rotundæ rad. & visc9.
Baccaris rad.
Bulbi omnes.
Cochleæ terr. tritæ cum putam.
Dictamnum Creticum.
Eryngii rad. ex melle.
Fermentum.
Galbanum.
Genista.
Gladioli rad. superior ex vino, & thu-re.

Hor-

Horminum ex aquatritum.
Iris domestica.
Lacertæ caput.
Narcissi rad. cum lolii farina.
Oxyacanthæ rad.
Opopanax.
Panacis rad.
Pastinaca silvestr.
Pectinis ven. rad. tusa cum mulsa.
Propolis ******
Prænocomi sem.
Spatulæ fœtidę. rad.
Tiliæ cort. medianus.
Tragium.
Verbasci sem. & fol.
Viscum.

COMPOSITA.

Emplastrum Apostol.
Vnguentum fuscum Nicol.

Materiæ remedii præservatorii respicientis causam morbificam peccantem motu.

PEccat causa morbifica motu vel imminuto, abolitove, vel depravato, ille est adjuvandus, iste corrigendus:

motum naturalem adjuvant præcipuè menses moventia, fœtum mortuum pellẽtia, remorantem partum adjuvantia, hæmorrhoides provocantia. Depravatus autem motus postulat sistentia reprimentia à parte suscipiente, intercipisntia fluẽtem materiam in media itinere, nec non revellẽtia, inter quæ primas teneat vesicantia, nam de attrahentibus, quæ sunt altera medicamenti revellentis materia dictum est inter digerentia, quæ materiã ex alto trahunt, cutẽq; rubore perfundũt

MENSES MOVENTIA.

MEnses moventia sanguini dare debent impetum, ipsum fundere, venarumque reserare orificia, ideo calida esse debent, tenuium partium, sed moderatè sicca, ut ideo solo siccitatis gradu, a diureticis, & sudorificis differre videantur, nec te perturbet, si inter moventia menses aliquando legas diuretica à Galeno proposita, nam & ipsa per accidens mẽses movent duplici ratione.

Primo, quia tollunt viarum infarctus quibus expeditis, sãguis, tiam tenuis ma-

gis

gis factus beneficio menses propriè movẽtium faciliùs fluit.

Secundo, si illis dulcia misceantur ad temperandam siccitatem, nec non aromatica, ut ad uterum devehantur, quia & sudorifica diureticis sicciora menses movere possunt, si minima portione exhibeantur in hac substantia adeò sicca. Porrò menses moventium tres à Galeno statuuntur ordines, Mitium, Mediocrium, & Valentium; inter quæ selectiora notantur, & quamvis pleraque inter Hysterica jam proposita sint, utile tamen fuerit hoc in loco in suas classes digerere.

MITIA MENSES MOventia sunt.

Acetosæ rad.
Amygd. amar.
Anethum.
Apium recens.
Asparagus recens.
Betonica.
Brassica.
Borrago
Caricæ.
Chamæmelum.

Capillus Vener. *
Cicer rubrum.
Cupressi fol.
Hypericum.
Keiri fl. aridi decoct. ex vino albo.
Lens.
Lilium album.
Lupinus.
Melissai *
Olea.
Orobus.
Pastulæ Corynthiacæ.
Phaseolus.
Pastinacæ sem.
Phyllicis.
Pimpinella.
Polytrichum. *
Quinque folium.
Rad. gram.
Rumicis genus omne.
Ruscus.
Satyrium.
Vinum album.

Com-

COMPOSITA.

Conserva { Borrag. ex vino / Melissæ. / Capillorum.

Aqua earundem.

EXTRINSECVS.

Oleum { keirinum. / Liliaceum. / Chamæmeli. / Anethi. / Amygd. amar.

MEDIOCRIA MENSES moventia.

Absinthium vulg.
Acorus.
Agni castisem.
Agallochum.
Alliaria.
Aloe.
Ambra.
Amomum.
Ammi.
Angelica.
Aristolochia omnis maximè rotunda. *
Arthemisia.

Arundin. rad.
Assa fœtida.
Asarum.
Aromata omnia.
Bellis hort. arida data ex vino albo.
Bilinguis. *
Botris.
Borax officin.
Chrysocolla fossilis.
Calamus odoratus.
Calendulæ flor. pulver. *
Capparis rad.
Castoreum.
Cassia lignea.
Carduus sanctus.
Cassiæ fol. cortex.
Crocus sativa. *
Cæpa.
Chamædrys.
Chamæpythis.
Costus Aromat.
Conyzâ. *
Cyperus.
Calamenthum.
Dictamnus { Creticus. * / Albus. }

Daucus.
Dactylorum ossa.
Eryngium.
Eupatorium Avic.
Eruca.
Enula.
Equi castrati testiũ pulvis pręparatꝰ.
Filicis rad.
Fraxini sem. & cort.
Galanga.
Fermentum ex vino bibitum. ***
Gentiana.
Gingiber.
Gladioli rad. *
Hedera terr. *
Imperatoria.
Juniperi baccæ.
Juncus odoratus.
Iris.
Lauri fol. & baccæ.
Lavendula.
Ligusticum.
Matricaria. *
Majorana.
Macis.
Mercurialis.

Meum.
Menthastrum.
Moschus odor.
Myrrha.
Myrrhis.
Nardus quæcumque.
Nasturtium.
Napisem.
Nigella.
Nux moschata.
Origani folia.
Ocymum.
Pœoniæ rad. & sem.
Peucedanum.
Petasitis.
Phu.
Prassium.
Polium. *
Piper.
Pulegium. *
Ruta.
Rubia.
Sal.
Sabina.
Sassafras.
Satureia.

Sambuci flor.
Scordium.
Serpillum.
Seseli.
Stœchas.
Sium.
Sulphur.
Senecionis hortens. fol. supernè deorsum avulsa. *
Spléis bovis juniori castrati pulvis. *
Thlaspi.
Tragoriganum.
Thymus.
Tormentillæ rad.
Vrticæ sem. datum ex vino albo.

COMPOSITA.

Vinum { Absynthite. / Hyssopite. / Scyllinum. / Hippocraticum.
Melicratum.
Aquæ thermal. sulphur.
Aqua { Angelicæ. / Cinnamomi. / Majoranæ. / Artemisiæ.

Ma-

Aqua { Matricariæ. Pœoniæ. Pulegii.

Olea aromatum ſtillata.

Conſer. { Acori. Eryngii. Enulæ. Gingiberis. Pœoniæ.

Oxymel ſcyllitic.

Syr. { de Calamentho. de Arthemiſia. de Matricaria. de *Mercuriali*.

Dianiſum.

Diagalanga.

Diambra.

Diamoſchum.

Diacaſtoreum.

Aromat. utrumque.

Trochiſci { de Mirrha. de Galliamoſchata. Scyllitici. hedichroi.

Species hieræ cum 8o. drach. aloes.

Sal

Sal. { Archemisiæ,
Matricariæ, & aliorum præpositorum.

Diuretica omnia dulcibus, & aromatibus dicta.

EXTRINSECVS.

Allium cum oleo spicæ tritum.
Agallochum odoratum.
Aloe.
Asphaltum odor.
Asphodeli rad.
Asa fœtida.
Ari rad.
Bdellium.
Baccæ lauri.
Bitumen fœt.
Benzoinum odor.
Castoreum fœt.
Centaurium min.
Cyperus omnis.
Ebulus.
Fermentum.
Gagates fœt.
Grana, & lignum juniperi.
Galbanum.
Gummi balsami. Zibe-

Zibetum.
Moschum, & ambra.
Aromata omnium suffitus.

COMPOSITA.

Oleum { Liliorum alb. / de Castoreo. / de Cinnamomo. / Costinum. / Juniperinum. / Laurinum. / Menthin. comp. / è Nuce moschat. / Nardinum. / Piperinum. / Spicatum.

INSESSIONES IN AQVA Sulphur.

EX his fiunt inunctiones, fomenta, suffitus, pessi, Nascalia, uterini clysteres, insessiones, quæ per suffitus usurpantur odorata ne, an fœtida sint prænoscere oportet, quia in obnoxiis hystericæ passioni abstinendum à fœtidis est. Pro aliis fœtida miscentur odoris; ideo singula, quæ suffitui inserviunt, odorem, aut fœto-

fœtorem exhalant. Cæterùm inter composita minùs usitata sunt aliqua usu magis comprobata, quæ his adnectantur.

PVLVIS.

℞. Boracis officin. scrup. ß.
Cinnamomi.
Sem. pœoniæ.
Aristolochiæ rotundæ.
Sabinæ,
Dictamni Cretici an scr. ß.
Sacchari fini scr. 2.

Fiat pulvis subtilissimus pro una vice bibendus ex liquore convenienti.

TABELLÆ.

℞. Supradictos pulveres sine sacchâro adde.

Oleum { Cinnamomi. / Succini ana gran. 4.

Sacchari fini dissolut. in aqu. arthemis. unc. 6.

Fiant tabellæ pro quatuor vicibus.

VINVM QVERCETANI.

℞. Mil. i Solis.
Absinth.
Viscì querni ana dr. 3.
Dictamni Cretici dr. 1. Cro-

Croci ſcrup. i.

Tundenda tundantur, & xxiij. hor. macerentur in vino albo generoſo, oein parum bulliant, & hujus vini dentur unc. 4.

VALENTIA SIMPLICIA.

Valentia ſimplicia non exhibentur intrinſecus, ſed metrenchitis, & peſſis commiſcentur, niſi forſan aliis incaſſum tentatis minimum pyrethri vel cantharidum addere oportet gratia vehiculi. Quæ igitur intrinſecus compoſita conveniunt ſunt.

INTRINSECVS.

Diacalamentha.
Mithridatica confectio.
Tryphera magna fine opio.
Theriaca vetus.

EXTRINSECVS.

Alumen Ægyptium.
Ari noſtratis rad.
Bryonia.
Cantharides;
Colocynthis.
Cyclamen.
Cucumus aſininus.

Elle-

Elleborus uterque.
Euphorbium.
Fel.
Flos æris.
Ficulneum lac.
Hydropiper.
Pyrethrum.
Sinapi.
Siliquastrum.
Tithymalus.
Turbith.
Sunt qui dant quatuor dies Cantharidis pulveriz. Prima die 5. Secunda 7. Tertia 9. Quarta 11. pro secreto ad pellendum fœtum.

FOETVM MORTVVM expellentia.

FOetum mortuum pellentia uteri viarum apertione, eius expultricis irritatione opus suum perficiunt, unde ad menses moventia pertinent. Eadem quoque adjuvant partum & secundinas pellunt, sed præparandæ sunt via extrinsecis, laxationibus, & rarefacientibus; hæc autem fere sunt omnia valentia menses moven-

moventia, & quæ inter mediocria asteriſco notantur, ſed in partu naturali adjuvando abſtinendum eſt à valentibus, ac iis tantum utendum in fœtu, mẽſtruis ſecundiſque educendis, cùm cætera nihil profecerint. Præter ea omnia ſint alia quædam præcipua commendata ad ſecũdarum, fœtuſque excretionem; alia ad facilitandum partum.

PRIORA SVNT.

Ammoniacum.
Caniculæ fœturæ primæ lac epotũ.
Clinopodium.
Lauri Alexandrinæ rad.
Sium.
Anchuſæ rad. in peſſum.

EXTRINSECVS.

Baccaris rad. recans in peſſum.
Centauri minoris rad.
Cedria virili mẽbro illita ante coitũ.
Heliotropii fol.
Peſtinacæ erraticæ rad. in peſſum.
Sulphur in ſuffitu.

PARTIVM FACILITANTIA.

Accipitris fimi dr. 1. ex vino.

Coch-

Cochleæ in cibo aliquot diebus ante partum.
Cardiacæ pulvis.
Callitrichum.
Lithospermon minus.
Oleum de sem. nigellæ.
Succinum.
Testiculorum equi castrati pulvis.
Turtur assata, cuius venter infarctꝰ sit baccis lauri, juniperi, & cinnamom. aliquot diebus utatur ante pastum.
℞. Pulv. corr. cass. fist. unc. ß.
Cinnamomi scrup. 2.
Croci scrup. 1. ß.
Bulliant in vino, detur vinum.
℞. Aq. liliorum alb. lib. ß,
Cassiæ drachm. ß.
Croci scrup. ß.
Misce.

EXTRINSECVS

Ætites lapis femori alligatus.
Corallium ibidem alligatum.
Chamæleonis lingua ibidem ligata.
Cancri aridi suffitus.
Jaspis femori appositus. Mag-

Magnes leva manu gestatus. Avic.
Samius lapis femori alligatus.

PROVOCANTIA HÆmorrhoides.

DE Provocantibus hæmorrhoides nõ est opus tabulam cõficere, tum quia constat omnia acria, ut capas, fol. ficulnea, rad. cyclaminis, sedi affricta eius venulas referare tum quia usus inolevit, ut ea vacuatio cohibita admotis hirundinibus restituatur.

REPELLENTIA SIVE Ἀπωθοῦντα.

REpellentia non modo arcent humoris influxum, sed aliquando etiam ejus, qui influxit, non tamen impactus est, partem evacuant, exprimuntque Utrũq; verò præstant exilium mea tuum ad. strictione, vel adstringentis facultatis beneficio, vel refrigerantis tantùm. Ideò latè patet repellentium, reprimentium, repercutientiumve materia, quæ causa nota est ex refrigerantium tabula, & humect frigidorum & siccorum. Adstringentium tum calidorum, tum frigidorum

ex

ex tabulis stomachicorum, & Hepaticorum petenda est materia.

INTERCIPIENTIA.

INtercipientia eodem censu habenda sunt nam cum sistatur materia fluens eiusdem incrassatione, ac veluti congelatione, spatiique per quod fertur coarctatione, manifestum est adstringendi vim omnibus inesse fortiter adstringentibus, ac supra secundum gradum refrigerantibus cum partium crassitie ideo utriusq; remedii communes videtur esse materia.

VESICANTIA.

VEsicantia tractionis virtute revellunt: fit enim omnis revulsio tractione in oppositam partem, ex quator autem modis, quibus fit tractio, calore scilicèt, dolore, propria virtute, & vacui vi, duo conveniunt vesicantibus calor, & dolor, siquidem sunt calida in quarto gradu, atque una mansione rubificantibus superiora, habentque eximiam partium tenuitatem cuius causa cito pervadūt partis superficiem, nec detrahunt, nec incrustam tollunt, veluti septica, & caustica, sed

sed in vesicam dumtaxat attollunt superiacentis vesicæ repletione, extensioneq; ob ichorum summa vi caloris eò tractorum redundantiam. Quamquam autem in vesicantium compositione passim ascipiuntur Euphorbium, Ranunculus, Sinapi, Stercus columbinum, ea tamen per se vesicantia non sunt, sed rubificantia, veluti multa alia, vesicantium tamẽ adjuvant operationem, quæ sanè sunt paucissima.

Cantharides.
Flammula Jovis.
Oleum, vel aqua fervens.
Thapsia.
Ranunculi min. rad.

IN vesicatoriis ex cantharidibus compositione id est observandum.

Primò, ut earum malitia sem. ammeos corrigatur.

Secundò, ut in mollioribus corporibus misceantur pane, vel cerato sacro, &c. in duriori fermento acri, & caricis, acetoque scyllit. Corporibus mediocribus sufficit drachm. 1. pro singulis vesicatoriis,

molli-

mollioribus minùs, durioribus plus, ad dr. 1, ſſ. circiter.

MATERIA REMEDII RESpicientis cauſam per accidens.

Hactenus de materiis præſidiorum quæ cauſæ morbificæ per ſe adverſantur, nunc de illis quæ reſpiciunt materiam per accidens, ſeu ſymptom. vt induunt rationem cauſæ vel dejicientis vires, vel facientis, vel fouentis morbum, quod quadruplex omninò eſt, Vigiliæ, Animi deliquium, Immoderata euacuatio, Dolor. Quibus opponuntur Somniferum, Spiritus reficientia, Fluxus ſiſtentia, Anodynum.

INDOLORIA, SIVE Ανώδυνα.

Anodyna à ſedando dolore nomen habẽt, ac ſi latinè Indoloria, ut Cælius Aurelianus ait, diceres græcè Paregorica, id eſt Lenientia, & Mitigantia. Eorum duplex ſtatuitur genus. Alia enim agunt in mentem, eamque abducunt a triſti judicio: alia agunt in corpus. Quæ ad corpus pertinent vel ſunt pro-

propriè anodyna, nimirum quæ relicto partis sensu, ac doloris causa, eius tantũ molestium leniunt, suaviter alterando sensorium & quandam succorum in eo contentorum æqualitatem faciendo. Vel impropriè, quorum aliqua doloris causã auferunt, sanantiaque Anodyna appellantur, quorum tot sunt species quot causarum dolorem efficientium. Alia sensum partis auferunt, vel per se stupefaciendo partem eiusque calorem extinguendo, vel per accidens inducendo somnum, & Narcotica dicuntur. Propriè Anodyna rursum duplicia sunt; alia sunt calida in primo, partiumq; tenuium absque ulla strictione; alia sunt similiter temperata, ni pars dolens, quæ in hoc similia sunt Suppurantibus, illis nimirum, quòd caloris similitudine coctionem adjuvant, non aliis, quæ vi emplastica caloris effluvium prohibent. Vnde constat perperam à multis (eorum Princeps Capivaceus est) statui esse emplastica. Hæc Anodyna propria quæ similem habent cum parte dolente tẽperiem, quorum cẽsus factus est inter pus moven-

moventia, & uberior fieri poteſt ab eo, qui partis dolentis temperiem rectè æſtimaverit Alia verò Anodyna temperatè ſunt calida.

ANODYNA PROPRIA TEMPERATA.

Adeps
- Suillus.
- Gallinaceus.
- Humanus.
- Vitulinus.
- Taxi.

Althæa.
Alicæ cremor.
Amygdalæ dulces.
Anethum.
Aqua tepida.
Butyrum.
Caſſiæ ſol. pulpa.
Chamæmelum.
Caro animalium exenteratorum adhuc calentium.
Ceratum roſatum.
Fœnugræcum.
Farina triticea.
Hydrelæum.

Lac { Amygd. dulc. / Ovillum, & / Vaccinum.

Lini ſem.

Lana ſuccida.

Lilium album.

Malua.

Melilotus.

Mucilag. è ſemin. { Maluæ. / Althææ. / Pſyllii. / Fœnugræci.

Ius { Arietis caſtrati inteſtinorum pingue. / Teſtudinum. / Anguillarum. / è Cochleis.

Omenta animalium.

Ol. { Amygdal. dulc. / Lilii albi. / Anethinum. / Butyri. / Axungiarum. / Chamæmeli. / Iaſminum.

Keiri-

Keirinum.
Ovorum.
Sesaminum.
Viscipomorum.
Sem. lini.
Vetus.
Ovi vitellus.
Parietariæ succus.
Panis triticeus mediocriter coctus adhuc calens.
Pulmones animalium recèns exenteratorum.
Ptisanæ cremor.
Sapa.
Sesamum.
Seuum { Caprillum. Hircinum. Cervinum.
Tragi succus.
Viscus pomorum cum fructu.
Verbasci flos.

Vnguentum { Pectorale. De Althæa.

IN DOLORE CAPITIS.

Adianthum. } Fronti circumpos.
Aparine. }

Cichorea. }
Polygonum. } Coronæ instar.
Verbena. }
Plantaginis rad. collo suspensa.

DENTIVM.

Oleum { Buxi. / Cochlearum. * / Scarabæorum. / Scorpionum.

Vermes terræ cocti cum axungia anseris.

COLICO.

Cranium humanum præpar.
Equi castrati testes pulverizati.

HÆ-

HÆMORRHOIDVM.

de Chrysomelis.
de Vitellis ovorum.
Ol. Momordicæ.
Limacum.
Rad. Scrophulariæ.

ARTICVLORVM.

Ebulus.
Flores cass. solut.
Ol. è sem. ebuli.
Sal prunellæ.

GALLICO.

Mercurius ritè præparatus.

R. Mercurii dulc. scrup. 2.
Salsæ in pollinem redactæ dr. ß.
cum vino f. pilul. pro una vice.

SOMNIFERA SIVE
Ὑπνώτικα.

Somnifera à somno conciliando nomen ducunt, cumque fiat somnus vaporis in cerebri anterioribus ventricu-

triculis concretione, ea omnia somnum conciliant, qua largam humiditatem capiti præbent, qua facilè coire possit, coit autem quicumque vapor siccitatis, & caloris expers. Idcirco somnifera duas sortiuntur differentias. Alia enim sola humiditate conciliant somnum, alia etiam caput refrigerant, quo nomine & citiùs, & firmiùs concrescit vapor cerebro communicatus; atque hæc vel moderatam habent frigiditatem infra tertium grádum consistentem, vel impensè sunt frigida. Illa retinent suum nomen, ista propriè Stupe facientia dicuntur, quia extincto partis calore eius sensum sopiunt; dicuntur & soporifera quæ omnes sensus alto somno obruunt. Somnifera humida sunt duntaxat.

SOMNIFERA HUMIDA TANTUM.

Amygdalæ dulc. & earum lac.
Cassiæ fist. flor.
Mustum.

Nucis

Nucis Indicæ cortex maceratus in vino ad unc. 2.
Oleum vitrioli Quercetani in odoramentis.

HVMIDA, & FRIGIDA MODERATE.

Camphora.
Iunci Æthiopici sem.
Lapis Memphytes.
Lactuca.
Mala aurea.
Muscus arboreus recens.
Nymphæa.
Solanum { Sativum. / Halicacabum.
Semper vivum.
Viola purpurea.

COMPOSITA.

Oleum { Violatum, maximè camphoratum. / Nenupharinum. / Florum salicis. / Ranarum.

Aqua. { Violarum. Nenupharis. Lactucæ.

Aer frigidus arte factus.
Lavacra pedum ex his.
Odoramenta nasi.
Vnctiones temporum.
Pulvinaria supradictis repleta.

STVPEFACIENTIA, SIVE Καρωτικα.

Stupefacientia duplicia sunt. Alia agunt qualitate occulta, uti torpedo admota, & Pastinaca marina cauda extremitas. Alia manifesta, scilicet hac quæ sequuntur.

Cicuta.
Dorichnium.
Hypecoum.
Hyoscyamus uterquè.
Mandragoræ omnes partes.
Meconium.
Opium.

Papa.

Papaver utrumque.
Sambuci silvestr. baccæ.
Solanum somniferum.

COMPOSITA.

Emulsio sem. papav. albi.
Diacodium.
Athanasia recens.
Syrupus de Papavere.
Pilul. de Cynoglossa Nic.
Pilul. Scribonii Gal.
Philonium. Romanum.
Philonium. Persicum.
Requies Nic.
Theriaca recens.
Trochisci Diaspermaton Gal.
℞. Opii thebaici crassè triti, & in furno siccanti, donec fumum non exhalet unc. ſ.
Specierum Diamosc. dulcis unc. ſſ.
Misce, & fiat extract. secundum artem cum vini spiritu. Huius dentur gr. ʒ.

AQVA SOPORIFERA

℞. Opii thebaici.
Piperis nigri ana unc. 4.
Cort. mandragoræ.
Sem. hyoſciami albi.
Papav. { Albi. / Nigri.
Lolii.
Lactucæ ana unc. ſ.
Succi fol. & ſem. pap. albi.
Papaveris errat. ana. lib. 3.
Poma mandrag. num. 20.
Contundantur craſsè, & deſtillentur in B. M.
Doſis a drachm. 1. ad drachm. 2.

SPONGA GVAINERII.

℞. Opii.
Hyoſciami.

Succi

Succi { Mandragor. / Mororum immatur. / Lactucæ. / Hederæ arbor an unc. ß.

Dissolve opium in succis, tum eo dissoluto imbue spongiam, ad solem expone exsiccandam per 15. dies, cùm voles uti, immerges spongiam in aqua tepida, & admovebis naribus. Ait 15. annis vim suam retinere. Ad excitandum verò ægros, si nimium dormiant, aliam spongiam admoveri jubet imbutam decoct. sem. petroselini, apii, fœniculi facta in aceto.

SPIRITVS INSTAVrantia.

SPiritus reficiuntur dupliciter, per se & per accidens; per se quidem submi-nistrata materia, quæ in substantia spirituum facilè transmutetur, & roborato cordis calore, si ob eius imbecillitatem contingat gigni paucos spiritus

qui

qui ob paucitatem citò dissipantur. Cumq; spiritus vitalis ex duplici materia coalescat, purissimo sangvine, & inspirato aere, quacumque citò in corpus distribuuntur, facilè coquuntur, probumque efficiunt sangvinem, cibi nimirum tenuis substi. & boni chymi, ad hæc, quæ halitum gratum cordi præbent spiritui valdè affinem. Odora scilicet spiritus reficiunt. Quæ verò adversantur caussa, ob quam sit spirituum dissolutio, per accidens eos reficiunt, qualia sunt sistentia fluxus, alexipharmaca, & refrigerantia cor, totumq; corpus iam enumerata sunt. De sistentibus fluxus mox erit sermo. Quæ roborant cordis calorem, habes inter cardiaca calida. Alimenta verò tenuis substantiæ, & facilis coctionis inter cibos restaurativos, inter quos primas tenet vinum odoratum, generosum fulvum, antiquum, æstate frigidum, hyeme calidum, aut austerum, & dilutum, & in causa calida. Odoratis abstinendum, si spirituum resolutio iuncta sit hystericæ passioni, eorum aliqua sunt calida, aliqua frigida.

ODO-

ODORATA CALIDA.

Balsamum { Orientale. / Chymicum.

Baccatis rad.
Calamenthum mont.
Caryophyll. fl.
Caryophylli Indi.
Caryophyllatæ rad.
Citri cort. flos.
Cortusa.
Cyperus.
Grana iuniperi.
Hyssopus.
Iasmini fl.
Iridis rad.
Lavendula.
Ladanum.
Lauri baccæ.
Lignum aloes.
Lilii convall. fl.
Macis.

Mala-

Malabathrum.
Majorana.
Melissa.
Mentha.
Moschum odor.
Nardus omnis.
Nux mosch.
Ozymum.
Onyx.
Phu ponticum.
Pulegium.
Rosmarinus.
Serpillum.
Spica.
Styrax.
Styracis ft.
Thymum.
Vinum.
Aer iam dictis alteratus.
Carnis assæ, & caryophyll. infixæ odor.
Species { Diambræ. / Diamoschi.
Confectio Alcherm.

Ja-

Oleum { Jasmini. Cinnamomi. Rosmar. stillat. Iuniperinum. Costinum. Nardinum. Spicatum. Menthinum. de Nuce mosch. Moschelinum.

Trochisci Gall. Mosch.

Panis adhuc calentis maluatico respersi odor.

ODORATA FRIGIDA.

Acetum { Simplex. Rosatum.

Aqua { Rosarum. Violarum. Florum sal.

Camphora.

Cotonea bene flava.

Gera-

Geranium mosch.
Myrtus.
Margaritæ.
Ol. { Camphoræ. / Rosarum. / Violarum. / Myrtinum. }
Poma fragrantia.
Rotæ.
Santala, maximè citrina.
Salicis flos.
Viola.
Spiritus trium santal.
Trochisci de Camphor.
Vnguent. { Rosatum. / Santalinum. }

Aer odoriferis aquis, & aceto alteratus.

FLVXVS SISTENTIA.

Fluxus sistentia variis facultatibus constant; sistuntur enim fluxus viarum adstrictione, occlusione, fluentis materiæ incrassatione, atque eiusdem

dem ad oppositam partem revulsione. Adstringentium, & revellentium materiæ petantur ex propriis tabulis, quia verò incrassatio vi emplastica quoque perficitur, quæ imprimis opportuna est ad sistendas fluxiones acres. Illud solum præstare videtur, ut de emplasticis sermo fiat, quamvis eorum facultas latius pateat, nec fluxionibus solis accommodetur.

EMPLASTICA.

EMplastica igitur pinguem habent, lentamque substantiam, & hoc differunt ab adstringentibus, quia meatus corporis infarciunt, & occludunt, membris adhærescunt, & ab acrium humorum erosione defendunt, humores tenues incrassant, & ad fluendum ineptos reddunt. Cæterum non omnia emplastica promiscuè id præstant, nam vel lenta subst. minimum habet glutinositatis terrestrium partium inopia, vel terrestrior est, magisque glutinosa, & alicuius strictionis particeps, illa sunt oleosa, & pinguia, quæ ad suppurationem conferunt, & si humoris mordacis expertia sint humorum acrimo-

crimoniam retundut, parteſq; minuũt. Iſta ſiſtendis fluxionibus idonea eſt, ſive adſtrictionis particeps ſit, ſive expers, Pinguia tamen, & oleoſa ſunt iſta.

Adeps omnis recens.
Butyrum.
Jus pingue.
Medulla quadrup.
Oeſypus.
Olea omnia temperata.
Terra fullonum.

Lege porrò ſuppurantia, epiceraſtica.

GLVTINOSA TANTVM.

Agni cap.
Alica.
Amylum.
Cera.
Chondrus.
Fermentum.
Mucilagines.
Nuclei pini.
Oryza.
Porci pedes.
Portulaca.
Seſamum.

Tri-

Tritici farina.
Terra Cretica.
Vituli caput, & pedes.

GLVTINOSA CVM ADstrictione.

Albumen ovi.
Aloe.
Alica.
Charabe.
Farina volatilis.
Gummi Arabicum.
Hæmatites.
Maſtiche.
Pix.
Reſina.
Sarcocolla.
Sanguis draconis.
Symphyti rad.
Tragacantha.
Thus, & eius cortex.

Plura pete ex tabula Glutinantium.

Atque hæc univerſa eſt Materia remediorum magis uſitatorum, quæ adverſantur rebus præter naturam.

COS-